it. in collectione Henningeri, quam ſupra citauimus (p. 196)

Opera ex ed. Guil. Rawley Lond. 1638 fol. Frf. 1665. fol.

pleniſſima autem (curante Th. Birch) Lond. 1740. IV vol. fol.

Malleti vita auctoris praefixa legitur huic poſtremae Baconis operum editioni.

§. 291.

Renat. Cartesivs (Des Cartes) Haga-Turonenſis †. 1650. aet. 55.

Primo miles, tum in Hollandia demumque apud Chriſtinam Sueciae priuatam egit vitam.

Sectam

Sectam condidit penes quam aliquamdiu monarchicum in philoſophia imperium fuit. Ipſe auctor vaniſſimarum et futilium hypotheſium vt in phyſicis ita et in phyſiologia, quae etſi viuidum inuentoris ingenium teſtentur, adeo tamen ab omni veri ſpecie alieniſſimae ſunt, vt mireris easdem a viro profectas, qui tamen in matheſi ſublimiori, quam frenum exorbitantis phantaſiae vocant, claſſicus extitit, imo de eadem augenda et tradenda immortaliter meruit.

EJ. *Dioptrice*

iunctim prodiit cum *Methodo* eiusdem et *Geometria* LB. 1637. 4.

EJ. *de homine* (opus poſthumum) LB. 1662. 4.

ex ed. Flor. Schuyl cuius ſupra meminimus (p. 222.)

it. c. L. *de formato foetu* Amſt. 1672. 4.

Opera Amſt. 1692 – 1701. IX Vol. 4.

Vita eius per Petr. Borellum. Pariſ. 1656. 8.

(A. Baillet) *vie de* Des Cartes. Par. 1691. II Vol. 4.

Eiusd. compendium iſtius operis ibid. 1698. 12.

Gaillard *Eloge de* Des Cartes. Pariſ. 1765. 8.

Thomas *Eloge de* Des Cartes. ibid. eod. 8.

§. 292.

PETR. GASSENDI Canterſio - Prouincialis †. 1655. aet. 64.

Prof. Pariſinus.

Philoſophus humaniſſimus, doctiſſimus.

Praeter alia eius ſcripta, phyſiologici argumenti, maxime ad nos pertinet vtiliſſima et dulci varietate gratum opus, viz:

Ej. *vita* Nicolai Claudii Fabricii de Peireſc *Senatoris Aquiſextienſis* (viri ſummi) Hagae Com. 1655. 4. et al.

Opera Gaſſendii Lugd. 1658. VI Vol. fol. it. Florent. 1727. VI Vol. fol.

Vie de P. Gaſſendi Par. 1737. 8.

De Comburat *Abregé de la vie de* P. Gaſſendi ib. 1770. 8.

§. 293.

Piget ſane tantis viris iungere myſticum ſomniatorem, quem tamen non plane intactum relinquere licet. Eſt is

ROBERT.

Robert. Flvdd (ſ. de Fluctibus) Oxonienſis .†. 1637. aet. 64.

Ex numeroſis eius operibus, quae VI vol. fol. continentur, nominaſſe ſufficiat

Ej. *integrum morborum myſterium* Francof. 1631. fol.

SECTIO

SECTIO XII.
SECVLI XVIImi DIMIDIVM POSTERIVS.

SOCIETATES LITTERARIAE, DIARIA etc. etc.

§. 294.

Bello tricennali tandem extincto, pacis dulci otio denuo conualeſcebant quaſi litterarum ſtudia. Maxime cum et Principes Europae animum ipſis iterum aduertere poterant, et publicis quibusdam vtiliſſimis inſtitutis locus dabatur, quibus vt plurima ſtudiorum genera ita quam maxime medicina cum naturali hiſtoria praeclariſſima capiebant incrementa. Pertinent huc ante omnia *Societates* et *Academiae ſcientiarum*, quae, ſi a paucis prioribus id genus tentaminibus diſceſſeris, qualis Lynceorum academia fuit, cuius ſupra (p. 211.) meminimus, ea nunc, ad quam peruenimus, periodo maximam partem oriebantur.

§. 295.

§. 295.

Et prima quidem inter eas extitit *Societas ſcientiarum Londinenſis*, quae tamen ipſis fatentibus Anglis *) Germanum quendam ex Palatinatu, tunc temporis Londini degentem, Theodorum Haak auctorem agnoſcit genuinum, vtpote qui iam a. 1645 coalitioni eius anſam praebuit.

Acta vero ſua ſerius edere cepit Societas, inde a menſe Martio a. 1665. ſ. t. *Philoſophical Tranſactions:* 4. curante primum, qui tum temporis ipſi a Secretis erat itidem Germano Bremenſe. Henr. Oldenburg.

Vaſtae collectionis paſſim compendia (*Abridgments*) edita ſunt ſequentia:

The philoſophical Tranſactions from 1665 *to* 1700 *abridg'd and diſpos'd under general heads by* J. Lowthorp. Lond. 1701. III Vol. 4.

inde vsque ad a. 1720 per Benj. Motte. ib. 1721. II Vol. 4.

porro

*) Cf. Jo. WALLIS *de vita propria* in fronte Ej. *Grammat. linguae Anglican.* pag. VI. edit. Londin. 1765. 8.

porro vsque ad a. 1732 per J. Grey et Reid ib. 1734. III Vol. 4.

Hae tres ſeries ſaepius iunctim recuſae. ed. 4. Lond. 1734. VIII Vol. 4.

His ſucceſſit alia epitome ſ. t. *Memoirs of the royal Society being a new Abridgment of the philoſophical Tranſactions by* Mr. Baddam ib. 1738 ſqq. VI Vol. 8.

Denique Tranſactiones inde ab a. 1743 vsque ad a. 1750 in compendium redegit Jo. Martyn Prof. botan. Cantabrig. II Vol. 4.

Th. Sprat's *hiſtory of the royal Society* Lond. 1667. 4.

Th. Birch's *hiſtory of the royal Society* ib. 1756. IV vol. 4. hac vberrime recenſentur quae vsque ad a. 1687 in ipſis Societatis conſeſſibus acta et relata ſunt. Ad fontes pertinet vniuerſae phyſiologiae, cum innumera Hookii, Crounii, Kingii, Grewii, Gualt. Needhami aliorumque eius aeui phyſiologorum obſeruata anecdota contineat.

§. 296.

Academia Scientiarum Pariſina, auſpice magno Colberto a. 1666 condita, ab Abbate

bate Bignon autem a. 1699 reſtaurata, et praeclaris reditibus ac priuilegiis regiis aucta eſt, a quo inde anno etiam acta ſua publici iuris facere cepit, ſ. t. *Hiſtoire de l'academie royale des ſciences, avec les Mémoires* Par. 4.

Quae autem integris XXXIII annis, quae inde a prima eius inſtauratione ad eam quam diximus renouationem interceſſerunt, acta ſunt principalia, iunctim poſtmodum edita ſunt ſ. t. *Hiſtoire de l'academie des ſciences, depuis ſon établiſſement* etc. Par. 1733. XI Vol. 4. et vulgo audiunt *Mémoires avant* 1699.

Iuncta eſt his collectio ſ. t. *Mémoires de l'acdemie des ſciences, contenant les ouvrages adoptez par cette Academie avant ſon renouvellement* en 1699. Amſt. 1736. VI Vol. 4.

Demumque inde ab a. 1750 acceſſerunt: *Mémoires de Mathematique* et *de Phyſique* préſentés *à l'academie des ſciences.* Par. 4.

Table alphabetique de l'hiſt. de l'ac. des ſc. vsque ad a. 1770. curantibus Godino et Demourſio prodiit ib. 1734. VIII vol. 4.

Et

Et noui indices ſ. t. *nouvelle Table* per Abb. Rozier ib 1775. IV vol. 4.

Jo. Bapt. du Hamel *regiae Scientiar. Academiae hiſtoria* Pariſ. 1698. 4. Lipſ. 1700. 4. ed. 2. Pariſ. 1701. 4.

§. 297.

Academia Naturae Curioſorum primas ſuas origines medico debet Swinfurtenſi Jo. Laur. Bauſchio, qui quidem cum aliis quibusdam Germaniae medicis iam inde ab a. 1652 in priuatam primo ſocietatem iuit, quae poſtmodum publica facta et ab imperatore Leopoldo priuilegiis munita academiae Caeſareo-Leopoldinae nomine inclaruit.

Commentarios ſuos edere cepit a. 1670.

et quidem vsque ad a. 1706 ſ. t. *Miſcellaneorum* ſ. *Ephemeridum medico-phyſicorum* Decuriis III. Francof. 4.

Has exceperunt inde ab a. 1712–1722. *Ephemeridum* ſ. *obſeruationum medico-phyſicarum* Centuriae X.

Indicem ſuper hiſce Decuriis et Centuriis edidit Guil. Andr. Kellner. Norimb. 1739. 4.

Sequentia

Sequentia X Vol. inde ab. a. 1727. vsque ad 1754 edita *Actorum phyſico-medicorum* titulo veniunt, qui demum inde ab a. 1757 in eum *Nouorum Actorum* mutatus eſt *).

Andr. El. Büchner *hiſtoria academiae N. C.* Hal. 1756. 4.

§. 298.

*) Vtili inſtituto ſaepius iam ex huius ſimiliumque academiarum ingenti actorum farragine eclogae edi ceperunt, v. c. *Acta Germanica, or the literary Memoirs of Germany* etc. *by a Society of Gentlemen.* Lond. 1742. 4.

Vberrima omnium eſt collectio ſic dicta academica Divionenſis, in binas diviſa ſeries, quarum altera excerpta Actorum Pariſinorum, altera vero ſelecta ex aliis Europae ſocietatum commentariis, continet. Auſpicata eſt a. 1752 ſ. t. *Recueil de Memoires, ou collection de pieces academiques.* Dijon et Paris 4. dirigente primum J. Berryat, tum viro egregio Gueneau de Montbeillard aliisque. it. *Uytgezogte Verhandelingen uyt de nieuweſte Workenvan de Societeyten der Wetenſkapen.* Amſt. inde ab a. 1757. XXIV Vol. 8.

§. 298.

Aliud nouum eius aeui ſtudiorum ſubſidium et ex quo ingentia commoda in medicinam maxime redundarunt, *Diaria* ſunt *litteraria*, *bibliothecae*, vt nunc vulgo audiunt, aliaque id genus ſcripta periodica, quibus tam noui libri recenſentur, quam nupera inventa et obſeruationes inſertae leguntur.

Et primum quidem in Gallia prodiit *Journal des Sçavans* inde ab a. 1665. Par. 4. auctore Dionyſ. de Sallo, poſt Abbat. Gallois aliisque.

In Germania inde ab. a. 1682 edita ſunt *Acta eruditorum* Lipſ. 4. primum dirigente Ottone Menkenio Prof. Lipſ. tum eius filio Jo. Burchardo, et nepote Frider. Ottone aliisque. Eadem ab a. 1732 *nouorum A. E.* titulo veniunt.

Integrae diſſertationes et obſeruationes propriae, quae hiſce actis a prima eorum origine vsque ad a. 1740 continentur, ſeorſim excuſae prodierunt ſ. t. *Opuſcula omnia actis eruditorum inſerta.* Venet. 1740 ſq. VII Vol. 4.

Apud

Apud Batauos acutiſſimi ingenii ſcepticus Petr. Bayle inde a m. Martio a. 1684 edere cepit *Nouvelles de la republique des Lettres* Amſtel. 12.

§. 299.

Mox et ſimilia opera periodica ſunt ſecuta, vnice *rei medicae* dicata.

(Nic. de Blegny ſingularis ceteroquin hominis) *nouvelles Découvertes ſur toutes les parties de la Medecine.* Par. inde ab a. 1679. 12.

lat. per Theoph. Bonnet ſ. t. *Zodiacus medico-gallicus ſ. Sylloge miſcellaneorum medico-phyſicorum gallicorum recens in re medica exploratorum.* Genev. inde ab a. 1680. 4.

In Belgio ſucceſſit: Steph. Blankaart *collectanea medico-phyſica, oft Hollands Iaarregiſter der Genees-en Natuur-kundige Aanmerkingen van gantsch Europa* etc. Amſtel. inde ab a. 1680. 8.

Indicem ſuper vtroque opere aliisque, quae diximus, actis, Havnienſibus (v. p. 205), Naturae curioſorum etc. exhibet Corn. a Beughem *Syllabus recens exploratorum, prout in miſcellaneis medico-phyſicis Germa-*

niae, Galliae, Daniae et Belgii ſparſim extant Amſtel. 1696. 12. it. ſ. t. *bibliothecae eruditorum critico-curioſae* ib. 1699. 1701. 1710. 12.

Idem Blancardus praeter innumera compilatitia, proprias et vtiles obſeruationes ad hiſtoriam inſectorum edidit ſ. t. *Schou-burg der Rupſen, Wormen, Maden, en vliegende Dierkens daar uit voorkomende.* Amſt. 1688. 8. *germ.* Lipſ. 1690. 8.

Ej. *anatomia practica rationalis ſ. variorum cadauerum morbis denatorum anatomica inſpectio* Amſt. 1688. 12.

Ej. *Lexicon medicum* Amſt. 1679. 8. et al.
c. praef. G. E. Stahl Hal. 1704. 8.
it. curante J. H. Schulze ib. 1739. 8.
c. auctariis Agnethleri ib. 1747. 8.
et ſtudio cl. Iſenflamm Lipſ. 1777. II Vol. 8.

ANATOMICI et PHYSIOLOGI.

§. 300.

Magna incrementa, quae phyſiologia praecedente aeuo e zootomiae et viuiſectionum ſtudio ceperat, ea quam nunc tractamus periodo impenſe adhuc aucta ſunt, vtiliſſimis binis ipſi

ipſi accedentibus adminiculis, *microſcopiorum* ſcil. et anatomicarum quas vocant *iniectionum:* vtpote quorum ope nouus quaſi orbis naturalis hiſtoriae et anatomes cultoribus apertus eſt.

§. 301.

De *microſcopiorum* vero inuentore multum inter eruditos diſputatum eſt. Vt enim eos taceam, qui iam veteribus eorum notitiam vindicare auſi ſunt, alii Zachariae Janszonio Medioburgenſi, alii Cornelio Drebel Alkmarienſi, alii Franciſco Fontanae Italo nobile illud inuentum tribuunt. Vtut ſit, illud ſane certo conſtat, vſum eorum ad indagandam interiorem organicorum corporum ſtructuram ea ad quam accedimus periodo demum inualuiſſe. Etſi enim iam Harvaeus conſpicilla adhibuerit ad inſectorum anatomen et pulli in ouo incubato formationem eruendam, et princeps Caeſius cum Lynceis ſodalibus (quorum ſupra p. 211. obiter memini) etiam microſcopiis vſus ſit, ſumma tamen eorum in phyſiologia et hiſtoria dignitas feliciſſimis demum laboribus

immortalium duumuirorum Malpighii et Swammerdamii demonſtrata eſt.

Frid. Schrader (medicus ordinarius ciuitatis Goettingenſis, tum Prof. Helmſtadienſ.) *de microſcopior. vſu in naturali ſcientia et anatome.* Gotting. 1681. 8.

§. 302.

Binos ſaltem e pluribus eius aeui *micrographis*, vt vocantur qui de obſeruationibus microſcopicis ſingulares ediderunt libros, nominaſſe ſufficiat, Hookium et Leeuwenhoeckium.

Rob. Hook ex inſ. Wight †. 1702. aet. 67.

Medicus et Prof. Geometr. coll. Greshamenſis.

Nomen eius gerit celebre experimentum cordis motum inſlatione pulmonum reſuſcitandi.

Ej. *micrographia reſtaurata* Lond. 1665. fol. Tabulas tantum cum breui explicatione recuſas dedit H. Baker ib. 1745. fol. et al.

Ej. *poſthumous Works* Lond. 1705. fol.

Ej. *philoſophical experiments and obſervations. publiſh'd by* W. Derham Lond. 1726. 8.

Idem

Idem quoque Hookius edidit inde ab a. 1681 opus menſtruum et Tranſactionibus philoſophicis ſimile, cui titulus *Philoſophical Collections* Lond. 4.

§. 303.

ANTON. VAN LEEVWENHOEK Delphenſis †. 1723. aet. 91.

Vir in lentibus minutiſſimis perpoliendis, earumque ope obſeruando verſatiſſimus, falli tamen iisdem haud neſcius, ideoque, ſi candide fateri licet, phyſiologiae multum et profuit et nocuit.

EJ. *Arcana naturae ope microſcopiorum detecta* LB. 1685–1702. 8.

EJ. *Epiſtolae phyſiologicae* Delph. 1719. 4.

§. 304.

Alterum anatomes et phyſiologiae adminiculum, de quo loquimur, *iniectiones* ſcil. vaſorum, itidem hac periodo ſi non inuentum, tamen perfectum eſt. Quibus enim prioris aeui anatomici vtebantur artificia, vaſa ſanguifera minora in conſpectum reddendi, aut aëre ea inflando aut aqua colorata et atra-

mento eadem replendo, praeter alia eo quoque laborabant incommodo, vt conſeruationi inepta eſſent. Iam vero cum ceracea iniectionis maſſa inuenta eſſet, et argentum quoque viuum eodem ſcopo feliciter adhiberetur, noua quadam luce ſtructura corporis humani illuſtrata eſt, et via quaſi ſtrata ad theſauros *praeparatorum* anatomicorum colligendos.

§. 305.

Vulgo quidem Swammerdamium maſſae iſtius ceraceae inuentorem perhibent. At enim vero huic anſam primo praebuiſſe videtur praeceptor eius

Jo. van Horne Amſtelodamenſis, .†. 1670. aet. 49.

Prof. Leydenſ.

Ej. *nouus ductus chyliferus, nunc primum delineatus, deſcriptus* etc. LB. 1652. 4.

Ej. *microcoſmus* ib. 1660. 12. et al.

Ej. *microtechne* ib. 1663. 12. et al.

iunctim c. al. Ej. *opuſculis anatomico-chirurgicis* et in ea annotationibus Jo Guil. Pauli Prof. Lipſ. (.†. 1723. aet. 66.) Lipſ. 1707. 8.

Sed

Sed omiſſae ſunt ab editore Ej. Hornii *de ductibus ſaliualibus diſputationes* III. ibid. 1656 ſq. recuſ. in Halleri *collect. diſp. anat.* Vol. II.

Ej. editionem Galenici *de oſſibus* L. et Botalli operum, ſupra ſuis locis citauimus.

Drelincourti *or. in obit.* Hornii extat in iſtius opuſculis.

§. 306.

In vniuerſum Batauis illud debetur, quod iniectiones anatomicas cito ad mirum perfectionis gradum euexerint. Ruyſchius maxime, Stalp. van der Wiel, alii.

Siphonem anatomicum primus deſcripſit Regner de Graef.

De inuentore egregii artificii vaſa argento viuo replendi, ambigitur. Alii eidem Graefio tribuunt, alii, ſed vt mihi quidem videtur minus recte, Malpighio. Certe in Batauis vltro eam encheireſin perfecit et ad ſyſtema vaſorum lymphaticorum inueſtigandum feliciſſime adhibuit Nuckius.

§. 307.

Studium *anatomes comparatae*, cui praecedente periodo tanta debuit incrementa vniverſa phyſiologia, et ea de qua nunc agimus vtiliſſime continuatum eſt.

Impenſa praeſertim augmenta cepit ſplendido opere, quod auſpiciis academiae Pariſinae nuper conditae, curantibus inprimis duumuiris egregie anatomice doctis, Peralto et Duverneio (de quibus mox ſeorſim) in lucem prodiit ſ. t.

Hiſtoire des animaux Pariſ. 1676. II Vol. fol. max.

Poſthac ſaepius minore forma ſed auctius repetitum, tam inter *Memoires avant* 1699 Vol. III. quam ſeorſim Amſt. 1733. 4. et al.

Angl. vertente Pitfieldio Lond. 1702. fol.

germ. per G. Leon. Huth. Norimb. 1754. II vol. 4.

lat. magnam partem inſertum Mich. Bern. Valentini *amphiteatro zootomico* Frf. 1720. fol.

§. 308.

Clavd. Perravlt Pariſinus †. 1688. aet. 75.

Summus

Summus architectus Vitruvii verſione et ſplendida editione celeber, delineandi elegantiſſime peritus etc.

Ej. *Eſſays de Phyſique* Par. 1680–88. IV Vol. 8.

Vitam viri v. in *Journal des Scavans* a. 1689.

§. 309.

Jos. Gvichard Duverney Foro-Seguſianus †. 1730. aet. 82.

Prof. Pariſinus.

Ej. *Traité de l'organe de l'ouïe* etc. Par. 1683. 12. et al.

lat. Norimb. 1684. 4. et al.

Ej. *Oeuvres anatomiques* (poſth. edentibus Senaco et Bertino) Par. 1761. II Vol. 4.

Ad eundem quoque pertinet: *Lettre contenant pluſieurs nouvelles obſervations ſur l'oſteologie* Par. 1689. 4. recuſ. in Halleri *collect. diſp. anat.* Vol. VI.

Ej. *Traité des maladies des os* Pariſ. 1751. II Vol. 12.

Elogium eius v. in *Hiſt. acad. Pariſ.* a. 1730.

§. 310.

§. 310.

Memorandus hic quoque venit libellus, mole quidem paruus, aſt materie grauis, et qui ad fontes phyſiologiae pertinet. *Obſervationes* ſcil. *anatomicae ſelectiores collegii privati Amſtelodamenſis* (auctoribus Swammerdamio, Ger. Blaſio, Matth. Slado aliisque) Amſt. 1667. 12.

P. II. ibid. 1673. 12. (haec fere tota a Swammerdamio profecta.)

§. 311.

Ger. Blasius (Blaes) Ooſtvlieta-Brugenſis †. 1682.

Prof. Amſtelodamenſis.

Ej. *zoologia ſ. anatome hominis brutorumque variorum* Amſt. 1677. 8.

Ej. *Anatome animalium* ib. 1681. 4.

Ej. *Anatome medullae ſpinalis et neruorum inde prouenientium* 1666. 12.

Auctarium Ej. ad Veslingii ſyntagma ſupra citauimus.

Ductum quoque Stenonianum ſibi vindicare ſtuduit.

Cf.

Cf. Nic. Hoboken *nouus ductus ſalivalis* Blaſianus *in lucem protractus.* Ultraj. 1662. 12.

§. 312.

Nic. Stenonis (Stenſon) Havnienſis . †. 1686. aet. 49.

Th. Bartholini diſcipulus. Prof. Havnienſis, denique poſt varios caſus, mutata religione, epiſcopus Titiopolitanus.

Nomen eius ſeruat ductus ſaliualis parotidis.

Ej. *obſeruationes anatomicae quibus varia oris etc. vaſa deſcribuntur, nouique ſaliuae etc. fontes deteguntur* LB. 1662. 12.

Ej. *de muſculis et glandulis obſeruationum ſpecimen* Hafn. 1664. 4.

Ej. *elementorum myologiae ſpecimen;* it. *canis carchariae diſſectum caput* etc. Flor. 1667. 4. Amſt. 1711. 8.

Ej. *Diſcours ſur l'anatomie du cerveau* Par. 1679. 12.

Eundem anatomiae ſuae inſeruit Winslovius, Stenonis affinis.

Ej. *de ſolido intra ſolidum naturaliter contento prodromus* etc. Flor. 1669. 4. it. LB. 1679. 12.

it.

it. ſtudio Ant. Matani Piſtorii 1763. 4.

angl. Lond. 1671 8.

gall. in compendium redactus in collectione academica Divionenſi, part. exot. Vol. IV. p. 377 ſqq.

Vitam Stenonis v. in Fabronii *vitis doctrina illuſtrium* etc. Dec. V.

§. 313.

Jo. Nic. Pechlin Leydenſis †. 1706. aet. 50.

Prof. Kilonienſis.

Ej. *de purgantium medicamentorum facultatibus exerc.* LB. 1672. 8.

id. *de fabrica et vſu cordis* Kil. 1676. 4.

recuſ. in Halleri *collect. diſp. anat.* Vol. II.

id. *de aëris et alimenti defectu* Kil. 1676 8.

id. *de habitu et colore aethiopum* ib. 1677. 8.

Ej. *obſeruationum phyſico medicarum* L. III. Hamb. 1691. 4.

§. 314.

Regner. de Graef Schoonhova-Hollandus †. 1673. aet. 32.

Medicus Delphenſis. Syluianus.

Primus

Primus ouarii muliebris veſiculas ouulorum nomine appellauit.

Ej. *Diſp. de natura et vſu ſucci pancreatici* LB. 1664. 12.

id. *de virorum organis generationi inſeruientibus* it. *de vſu ſiphonis in anatomia* LB 1668. 8.

Ej. *de mulierum organis generationi inſervientibus Tract.* ib. 1672. 8.

Opera ib. 1677. 8. Lugd. 1678. 8. et al.

§. 315.

Car. Drelincourt Pariſinus .†. 1697. aet. 64.

Prof. Leydenſis. Sylvii aduerſarius.

Ej. *praeludia anatomica* Amſt. 1672. 12.

Ej. nouem libelli *de vtero, conceptu, fetu* etc. LB. 1682 ſqq. 12.

Ej. *experimenta anatomica ex virorum ſectionibus petita* LB. 1681. 12. ib. 1684. 12.

Ej. *apologiam adv.* Bokelmannum ſupra citauimus (p. 47.)

Iunctim cum reliquis Ej. *opuſculis* ex ed. Boerhaavii Hagae Com. 1727. 4.

§. 316.

Ant. Nvck Harderovicenſis .†. c. 1692.

Prof.

Prof. Leydenſis.

cuius nomen gerunt diuerticula ſic dicta peritonaei.

Ej. *de ductu ſaliuali nouo* L. LB. 1685. 12.

Auctius ſ. t. *Sialographia et ductuum aquoſorum anatome noua etc.* LB. 1695. 8.

Ej. *Adenographia curioſa et vteri foeminei anatome noua* LB. 1691. 8. 1696. 8.

Accedit Maur. van Reverhorſt *de motu bilis circulari eiusque morbis.*

Ej. Nuckii *operationes et experimenta chirurgica* LB. 1696. 8.

Opera LB. 1733. II Vol. 8.

§. 317.

Thomas Wharton Eboracenſis . †. 1673. aet. 63.

Prof. Oxonienſis, tum collegii Greshamenſis quod Londini eſt.

Ductibus ſaliualibus ſubmaxillaribus ſui nominis vulgo notus.

Ej. *Adenographia* Lond. 1656. 8. Amſt. 1659. 12.

§. 318.

§. 318.

Franc. Glisson natus Rampishami ditionis Dorſetſhireuſis †. 1677.

Prof. Cantabrigenſis. Profundi et ſagacis ingenii vir.

Capſulam ſui nominis nimis ornauit.

Ej. *anatomia hepatis* Lond. 1654. 8. Amſt. 1659. 12.

id. *de ventriculo et inteſtinis* Lond. 1677. 4.

id. *de rhachitide* Lond. 1660. 12.

Iunctim ſ. t. *Oper. medico-anatomic.* LB. 1711. III Vol. 12.

id. *de natura ſubſtantiae energetica* ſ. *de vita naturae* Lond 1672. 4.

Vitam viri v. ap. Birch *hiſtory of the royal Society* Vol. III. p. 356.

§. 319.

Rich. Lower Cornubienſis †. 1691. aet. 60. Medicus Londinenſis.

Tuberculo ſui nominis vulgo notus.

Ej. *tract. de corde* Lond. 1669. 8. Amſtel. eod. 8. et al.

it. c. Ej. *diſſ. de origine catarrhi* Lond. 1680 et al. LB. 1749. 8.

§. 320.

Jo. Mayow Londinenſis .†. 1679. aet. 34. Medicus Bathenſis.

Inter primos de aëris factitii ſpeciebus auctores: maxime de aëre, quem hodie dephlogiſticatum vocant, qui ipſi ſpiritus nitri aëreus audiebat.

Ej. *Tractatus duo: de reſpiratione, et de rhachitide* Oxon. 1668. 8. LB. 1671. 8.

it. c. aliis tribus ſ. t. *Tractat. quinque medico-phyſ.* Oxon. 1674. 8.

§. 321.

Sequatur illuſtris virorum biga de *neurologia*, parte anatomes hactenus fere neglecta, maxime meritorum: Williſius ſcil. et Vieuſſenius.

Thomas Willis Bedwina-Wiltſhirenſis .†. 1675. aet. 54.

Prof. Oxonienſis, tum medicus Londinenſis.

Eius nomen manſit neruo ad par vagum acceſſorio, et circulo ex arteriarum vertebralium cum carotidibus cerebralibus confluentia oriundo.

Ej.

Ej. *cerebri anatome et neruorum deſcriptio* Lond. 1664 4.

id. *de anima brutorum* Oxon. 1672. 4. Lond. eod. 8.

Ej. *pathologia cerebri et neruoſi generis* Oxon. 1677. 4.

Ej. *affectionum quae dicuntur hyſtericae et hypochondriacae pathologia* Lond. 670. 8.

id. *de fermentatione, de febribus, et de urinis* Lond 1660. 8. Amſt. 1663. 12.

Ej. *pharmaceutice rationalis* Oxon. 1674. II Vol. 4.

Opera Lond. 1679. fol. Amſt. 1682. 4. Venet. 1720. fol. etc.

V. *the Heads of illuſtr. Perſons of Great Britain by* J. Houbraken *et* G. Vertue Vol. I. p. 119.

§. 322.

Raimvnd. Vievssens Roverguenſis †. 1716. aet. 75.

Prof. Monſpelienſis.

Nomen eius impoſitum centro ouali quo cerebri hemiſphaeria iunguntur, item recepta-

culo carotidis cerebralis, et iſthmo qui cordis auriculas intercedit.

Primus quoque vaſa neuro-lymphatica ſ. decolora ſtatuit, quae Ferrenius poſthac denuo aſſerebat.

Ej. *nevrographia vniuerſalis* Lugd. 1684. fol.

Ej. *Tractat. II. de mixti principiis et fermentatione* Lugd. 1687. 4.

Ej. *nouum ſyſtema vaſorum* Amſt. 1705. 8.

Ej. *Traité de la ſtructure de l'oreille* Toloſae 1714. 4.

Ej. *Traité du coeur* ib. 1715. 4.

Ej. *Traité des liqueurs du corps humain* ib. eod. 4.

Tum opera quaedam poſthuma, viz:

Ej. *Experiences ſur la ſtructure des viſceres* Par. 1755. 12.

Ej. *Traité des maladies internes* Toloſae 1774. 4.

§. 323.

Iam nominandi veniunt duumuiri praeſtantiſſimi, *ſubtilioris anatomes* auctores primi et principes, ſimul vero binarum illuſtrium in phyſio-

phyſiologia ſectarum anteſignani, Malpighius et Ruyſchius.

Marcell. Malpighi Bononienſis †. 1694. aet. 67.

Prof. in academia patria, tum in Piſana et Meſſanenſi: denique archiater papalis; cuius nomine mucus notatur, qui epidermidem et corium intercedit.

Patronus texturae viſcerum *glandulofae*. Vir ceteroquin in obſeruando totus quantus.

Ej. *de pulmonibus epiſtolae* II. Bon. 1661. fol.

it. c. Bartholini de eodem argumento libello quem citauimus.

Ej. Malpighii *tetras epiſtolarum anatomicarum* (viz. de cerebro, de lingua, de tactus organo, et de omento et adipoſis ductibus) Bonon. 1665. 12. Amſt. 1669. 12.

id. *de viſcerum ſtructura* (ſcil. de hepate, de cerebri cortice, de renibus, et de liene.) acc. *diſp. de polypo cordis* Bonon. 1666. 4. Lond. 1669. 12.

Ej. *diſſ. de bombyce* Lond. 1669. 4.

Ej. *de formatione pulli in ouo* diſſ. Lond. 1673. 4.

Ej. *anatome plantarum* Lond. 1675–79. II Vol. fol.

Opera Lond. 1686. II Vol. fol.

ID. *de glandulis conglobatis* Lond. 1689. 4.

Ej. *opera poſthuma* Lond. 1697 fol. Ven. 1698. fol. curante Fauſtino Gavinello.

De vita propria egit in poſthumis.

Lancisii narrationem de obitu et extiſpicio Malpighii videas in *philoſ. Tranſact.* N. 226. p. 467 ſqq.

§. 324.

FRIDER. RUYSCH Haganus †. 1731. aet. 93. Per integros LX annos Profeſſor et poliater Amſtelodamenſis.

Aſſertor ſtructurae viſcerum *vaſculoſae.*

Vitam in praeparatis conficiendis triuit, in inueniendo tamen parum felix, adeo vt nomen eius maneret fictitiis, quibus ſibi imponi paſſus eſt, partibus, membranae ſc. oculi quam a chorioidea diuerſam putabat, et muſculo neſcio cui quem in fundo vteri detexiſſe ſibi videbatur.

Ej. *Dilucidatio valuularum in vaſis lymphaticis et lacteis.* Hagae Com. 1665. 12.

Ej.

Ej. *obſeruationum anatomico-chirurgicarum Centuria.* Amſt. 1691 4.

Ej. XVI *reſponſiones ad totidem epiſtolas problematicas* Amſt. 1696–1708. 4.

Ej. *theſauri anatomici* X. ib. 1701–15. tum *curae poſteriores* ſ. *theſaurus maximus* ib. 1724. et *curae renouatae* ſ. *theſaurus nouus* ib. 1728. 4.

Ej. *Aduerſariorum anat. chirurgicorum* Decades III. ib. 1717–23. 4.

Ej. *de fabrica glandularum* reſponſio ad Boerhaavium LB. 1722. 4.

Opera Amſt. 1721–25. II Vol. 4.

J. F. Schreiberi *hiſtoria vitae et meritorum* Ruyſchii Amſt. 1732. 4.

§. 325.

Duumuiris quos modo diximus aſſeclas ſuos ſubiungamus digniſſimos, Bohnium nempe Malpighianum, Bergerum vero Ruyſchianum.

Jo. Bohn Lipſienſis †. 1718. aet. 79. Prof. in academia patria.

Ej. *circulus anatomico-phyſiologicus* Lipſ. 1680. 4. ib. 1697. 4.

Ej. *de aëris in ſublunaria influxu* ib. 1678 8.

ID. *de officio medici duplici, clinico et forenſi* ib. 1704. 4.

ID. *de renunciatione vulnerum lethalium* ib. 1711. 4. 1755. 8.

§. 326.

Jo. GOTHOFR. DE BERGER Hallenſis †. 1736. aet. 77.

Prof. Wittebergenſis.

Ej. *phyſiologia medica ſ. de natura humana* Witteb. 1702 4. et al.

Noua auctior editio, quam parauerat Bergeri nepos, Brendelius quondam noſter, intercidit.

Ej. Bergeri *de thermis Carolinis comm.* Witteb. 1709. 4. et al.

§. 327.

Sequantur bini tabularum anatomicarum ſplendidarum auctores, Bidlous et Cowperus.

GOTHOFR. BIDLOO Amſtelodamenſis †. 1713 aet. 64.

Prof. Leydenſis.

Ej. *Anatomia corporis humani*, CV *tabulis per artificioſiſſ.* Ger. de Laireſſe *ad viuum delineatis, demonſtrata.* Amſt. 1685. fol. max.

Tabu-

Tabulam LXXXImam et LXXXIIdam egregius artifex de Laireſſe, ipſe aqua forti aeri incidit, quae reliquis omnibus palmam praeripiunt.

EJ. Bidloi *obſeruationes de animalculis in hepate ouillo detectis* LB. 1698. 4.

ID. *de oculis et viſu variorum animalium* ib. 1715. 4.

EJ. *exercitationes anatomico-chirurgicae* ib. 1708. 4.

Haec opuſcula iunctim cum aliis ib. 1715. 4.

§. 328.

GVIL. COWPER Londinenſis †. 1710.

Chirurgus Londinenſis.

Glandulis ſui nominis ad vrethram vulgo innotuit.

Trecentis tabularum Bidloi exemplaribus, ab Anglo bibliopola redemtis, propriam ſubiunxit explicationem, plagii ideo a Bidlone accuſatus.

EJ. *Anatomy of human bodies* Oxon. 1697. fol. max. et al.

EJ. *glandularum quarundam nuper detectarum deſcriptio* Lond. 1702. 4.

EJ. *myotomia reformata* Lond. 1694. 8.

Eundem quoque titulum praefert opus poſthumum, ſplendidum, tabularum muſculorum, a Rich. Meadio editum Lond. 1724. fol. max.

Multa item vtilia Cowperi extant in *philoſ. Tranſact.* tam ad chirurgiam quam ad vtramque anatomem facientia.

Socius quoque extitit Ed. Tysono cum *ſimiae ſatyri* (quam malaice *Orang-utang* vocant) anatomen ederet ſ. t. *The anatomy of a pygmy* Lond. 1699. 4. et cum aliis Tyſonis opuſculis ib. 1751. 4.

§. 329.

Claudat denique agmen quadriga *Iatromathematicorum*, Itali nempe Borellus et Bellinus, Angli vero Pitcarnius cum Keilio.

Jo. Alphons. Borellvs Neapolitanus †. 1680. aet. 75.

Prof. Piſanus.

Ej. *de motu animalium opus poſthumum* Rom. 1680 ſqq. II Vol. 4. et al.

Ej. *hiſtoria et meteorologia incendii Aetnei* 1669. Regii Julii 1670. 4.

§. 330.

LAVRENT. BELLINI Aretinus †. 1704. aet. 61.

Prof. Piſanus, tum medicus Florentinus.

Borellii diſcipulus.

Nomen eius ſeruant tubuli renales.

Ej. *de ſtructura renum obſ.* Flor. 1662. 4. Amſt. 1665. 12. et al.

Ej. *guſtus organum nouiſſime deprehenſum* Bonon. 1665. 12.

Iunctim cum priore LB. 1711. 4. et al.

Ej. *de vrinis, pulſibus, miſſione ſanguinis* etc. *opus* Bonon. 1683. 4. Lipſ. 1685. 4. cum praef. Bohnii. it. LB. 1711. 4. cum praefat. Boerhaavii.

Ej. *Opuſcula* ad Pitcarnium. Piſtorii 1695. 4.

Ej. *Opera* Venet. 1708. 4.

Cf. *Ritratti d'uom. illuſtri Toſcani* Vol. III. N. XL.

it. Fabronii *vitae* Dec. V.

§. 331.

ARCHIBALD. PITCAIRN Aberdeena-Scotus †. 1713. aet. 61.

Prof.

Prof. Leydenſis, poſt Edinburgenſis.

Ej. *diſſertatio de motu cibi in ventriculo* LB. 1693. 4.

Ej. *elementa medicinae phyſico-math.* Lond. 1717. 8.

Ej. *diſſ. de legibus hiſtoriae naturalis* Edinb. 1696. 8.

Opera LB. 1737. 4.

angl. Lond. 1727. 8.

§. 332.

Jac. Keil Scotus †. 1719. aet. 46.

Medicus Northamptonenſis.

Ej. *anatomy of human body abridg'd* Lond. 1698. 12. et al.

Ej. *tentamina medico-phyſica — quibus acceſſit medicina ſtatica Britannica* Lond. 1718. 8.

BOTANICI.

§. 333.

Nehem. Grew Londinenſis †. 1711.

Inſpector muſei Societatis Lond.

Praeter Malpighium primus vberior et claſſicus ſuper *phyſiologia plantarum* auctor.

Ej. *anatomy of vegetables begun.* Londin. 1672. 12.

gall.

gall. LB. 1685. 12.

Poſt praecipuas plantae partes ſingularibus libellis fuſius pertractauit:

v. c. Ej. *phytological hiſtory and anatomy of roots* Lond. 1673. 8. et ſ. p.

Ej. figuram caulis cardui transuerſim diſſecti chartae nigrae eleganter impreſſam videſis in *Act. Nat. Cur.* Dec. I. ann. X. *Append.*

Ex his demum coaluit maius opus ſ. t.: Ej. *anatomy of plants* Lond. 1682. fol.

Ej. *Muſaeum regalis Societatis at Gresham's colledge* Lond. 1681. fol. acceſſ. Ej. *comparative anatomy of the Guts.*

Ej. *Coſmographia ſacra* Lond. 1701. fol.

§. 334.

Jo. Raivs (Ray) Nodleio-Eſſexenſis †. 1705. aet. 77.

Eccleſiaſticus, qui felici otio vſus per dimidium ſeculum hiſtoriae naturali gnauiter incubuit.

Claſſicus in eadem auctor, et cuius nomen epocham conſtituit, cum primus ſaniorem methodum et curatius characterum ſtudium in eadem adhibuerit.

Ej.

EJ. *catalogus plantarum circa Cantabrigiam* Cantabr. 1660. 8.

EJ. *Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum* Lond. 1690. 8.

ed. tertia cura Dillenii Lond. 1724. 8.

EJ. *methodus plantarum emendata* Lond. 1703. 8 ib. 1733. 8.

EJ. *hiſtoria plantarum generalis* Lond. 1693 III Vol. fol.

EJ. *Synopſis methodica quadrupedum et ſerpentum* Lond. 1729. 8.

EJ. *Synopſis auium* ib. 1713. 8.

EJ. *Synopſis piſcium* ib. eod. 8.

EJ. *hiſtoria inſectorum* (ed. W. Derham) ib. 1710. 4.

EJ. *Wisdom of God manifeſted in the works of the creation* Lond. 1691. 8. et al. ed. XII. Glasgov. 1750. 12.

EJ. *topographical obſervations* Lond. 1673. 8. proprium iter, quod comite Franc. Willoughbeio per Germaniam, Heluetiam et Italiam inſtituerat.

Ej. *Collection of Travels and Voyages* Lond. 1693. 8.

Eclogas ex Rauwolfii, Belonii al. itineribus continet.

Iunctim cum priore Lond. 1738. II Vol. 8.

Ej. *philoſophical Lettres* etc. Lond. 1718. 8. edente Derhamo.

Ej. *ſelect Remains* Lond. 1760. 8.

Vita Raii vltimo quod diximus operi praefixa eſt.

§. 335.

Rob. Morison Aberdeena - Scotus .†. 1683. aet. 63.

Prof. Oxonienſis.

Ej. *hortus regius Bleſenſis* Lond. 1669. 8.

Ej. *plantarum hiſtoria vniuerſalis*. P. IIda Oxon. 1678. fol. P. tertia ib. 1699. fol.

P. I. qua dendrologia contineri debebat, nunquam prodiit.

§. 336.

Avg. Qvirin. Rivinvs Lipſienſis .†. 1723. aet. 71.

Prof. in academia patria.

Puta-

Putatitium membranae tympani foramen, et rectius ductus ſaliuales ſublinguales, nomen eius ferunt.

Ej. *introductio generalis in rem herbariam* Lipſ. 1690. fol. et al. it. ib. 1720. 12.

Ej. *ordines plantarum irregularium flore monopetalo, tetrapetalo, et pentapetalo* Lipſ. inde ab a. 1690. fol.

Poſthumas tabulas *hexapetalorum irregularium* edidit Chr. Gottl. Ludwig.

Ej. *diſſertationes medicae* iunctim editae Lipſ. 1710. 4.

Ej. *de peſte Lipſienſi* a. 1680. L. Lipſ. 8.

Ej. *cenſura medicamentorum officinalium* Lipſ. 1701. 4.

Si aeuum ſpectes, quo ſcriptum eſt, claſſicum opus.

Ej. *manuductio ad chemiam pharmaceuticam* Normb. 17.8. 8.

Vita eius praemiſſa *catalogo bibliothecae*.

§. 337.

PAVL. HERMANN Hallenſis †. 1695. aet. 55.

Prof.

Prof. Leydenſis, poſtquam in Indiis orientalibus artem exercuerat.

Ej. *catalogus horti academici Lugd. Batav.* 1687. 8.

Ej. *paradiſus Batauus* LB. 1689. 4.

Ej. *muſaeum Ceylanicum* LB. 1714. 8.

Cf. Jo. Burmanni *theſaurus Ceylanicus* Amſt. 1737. 4.

it. Linnaei *flora Ceylanica* 1747. 8.

Vtrumque opus magnam partem ad Hermanni plantas Ceylanicas ſiccas confectum.

Ej. Hermanni *cynoſura materiae medicae* Argent. 1710. 4.

it. c. comm. Boecleri ib. 1729. et al. III Vol 4.

§. 338.

GEORG. EBERH. RVMPH Hanouienſis †. 1706. aet. 69.

Conſiliarius Batauus apud Amboinenſes.

Ej. *Amboinſche Rariteitkammer* Amſt. 1705. fol. ib. 1741. fol.

Ej. *Herbarium Amboinenſe* poſthumum edidit Jo. Burmann Amſt. 1741–51. VI Vol. fol. Auctarium ſucceſſit ib. 1755. fol.

§. 339.

Denique et plantarum exoticarum ſtudium impenſe auctum eſt *Horto Malabarico* qui Amſtelod. inde a. 1676–93. XII Vol. fol. prodiit; auſpiciis et ſumptibus Henrici van Rheede van Drakenſtein Bataui Malabariae gubernatoris; auctoribus Matthia de S. Joſepho, Guil. ten Rhyne aliisque *); digerente et edente, maximam certe partem, Jo. Commelyn, egregio botanico. Indicem Linnaeanum addidit Jo. Burmannus LB. 1769. fol.

SCRR. HISTORIAE NAT.

§. 340.

Microſcopiorum inuentum vt anatomiae ita et vniuerſae hiſtoriae naturali immenſe proficuum fuit. Maxime vero in animalculorum *inſectorum* aliorumque quae vulgo exſanguia audiebant hiſtoria nouum quaſi orbem aperuit; ita vt Entomologiae ſtudium, maxime autem phyſiologia inſectorum, ab eo inde tempore

*) Cf. Guil. ten Rhyne *de arthritide* pag. 102. et epiſtolam dedicatoriam.

tempore natales ſuas primum duxiſſe dicenda ſit. Et quidem in ea ornanda praeter Leeuwenhoekium et Malpighium, quos iam laudauimus, maxime eminet triga virorum, niſi tres eſſent, incomparabilium; Swammerdamius, Redius et Valisnerius.

§. 341.

Jo. SWAMMERDAM Amſtelodamenſis †. 1686. aet. 49.

Medicus in vrbe patria.

Ej. *de reſpiratione vſuque pulmonum diſſ.* LB. 1667. 8.

Ej. *miraculum naturae ſ. vteri muliebris fabrica* LB. 1672. Lond. 1680. 8. LB. 1729. 4. et al.

Ej. *algemeene Verhandeling van de Bloedeloose Diertjes* Ultraj. 1669. 4.

gall. ib. 1685. 4.

lat. LB. eod. 4.

Ej. *Ephemeri vita of Afbeeldingh van's Menſchen Leven* Amſt. 1675. 8.

Codices eius poſthumos magno aere redemit Boerhaavius et edidit ſ. t. *Bibliorum naturae, belg.* et *lat.* (quam verſionem parauit H. D. Gaubius) LB. II Vol. fol.

germ. (vertente Jo. Jac. Reiſke viro meritiſſimo) Lipſ. 1752. fol.

angl. c. not. Jo. Hill Lond. 1758. fol.

gall. in compendium redactum et animadverſionibus auctum a v. cl. Guenau de Montbeillard, Vol. V. collectionis academiae Divionenſis, P. exotericae.

Vitam auctoris, meliore fato digniſſimi, Boerhaavius praefixit bibliis hiſce.

§. 342.

Franc. Redi Aretinus. †. 1697. aet. 71. Archiater Florentinus.

Scholaſticorum de generatione aequiuoca ſomniorum depulſor. Puritate quoque et elegantia vernaculi ſermonis eminuit.

Ej. *Eſperienze intorno alle generazione degli inſetti* Flor. 1668. 4.

lat. Amſt. 1686. 12.

Ej. *Oſſervazioni intorno a gli animali viventi, che ſi trovano negli animali viventi* Flor. 1684. 4.

lat. Amſt. 1708. 12.

Ej. *Eſperienze intorno alle diverſe coſe naturali dell' Indie* Flor. 1671. 4.

lat.

lat. Amſt. 1685. 12.

Ej. *oſſervazioni intorno alle vipere.* Flor. 1664. 4.

lat. cum priore.

Ej. *Lettere, conſulti mediche* etc. iunctim cum reliquis operibus editae ſunt, quorum editio pleniſſima eſt Neapolitana 1778. VII Vol. 8.

Elogio di F. Redi. Flor. 1781. 8.

Cf. quoque *Ritratti d'uomini ill. Toſcani* Vol. II. No. XLVII.

it. cl. Moehſen *Medaillen-Sammlung* Vol. I. p. 289 ſqq.

§. 343.

Iungatur Redio, etſi recentior paullo Anton. Vallisneri Traſilico-Mutinenſis †. 1730. aet. 69.

Prof. Patauinus; diſcipulus Malpighii.

Ej. *Dialoghi* Ven. 1700. 8.

Ej. *Nuove eſperienze ſulli ſviluppi* ib. 1713. 4.

Ej. *Conſiderazioni intorno alla generazione de vermi del corpo umano* Patav. 1710. 4.

Ej. *Iſtoria della generazione dell' uomo e degli animali* Venet. 1721. 4.

germ. c. animaduerſ. Chr. Ph. Berger. Lemgov. 1739. 8.

Ej. *Iſtoria del Cameleonte Africano e di varii animali d'Italia* Ven. 1715. 4.

Iunctim c. reliquis *operibus* Venet. 1733. III Vol. fol.

Vita viri praefixa operum editioni quam modo citauimus.

§. 344.

De *exoticorum* inſectorum, ineffabili pulcritudine et inſigni magnitudine conſpicuorum, naturali hiſtoria bene meruit

Maria Sibylla Merian Francofurtenſis †. 1717. aet. 70.

Filia egregii chalcographi Matth. Merian cuius ſupra iam p. 212. mentionem iniecimus. A ſummis pictoribus Jac. Morell et Abr. Mignon flores depingere docta.

Haec a tenellis erucarum indigenarum metamorphoſi delectata vernacula lingua eam deſcripſit libro, cui titulus:

Mar. Sib. Graeffin (nubſerat enim Graeffio cuidam) *wunderbare Verwandlung der Raupen* Norimb. 1679–83. II Vol. 4.

ed.

ed. 2, (tertia parte auctior), *lat.* Amſt. 1717. 4.
gall. ib. 1730. ſol. max.
belg. ib. eod. ead. forma.

Poſtea vero a. 1699 ipſa Surinamum petiit et ibi per biennium oeconomiam eius terrae inſectorum ſtudioſiſſime indaganit, vnde natum eſt, iuuante Caſp. Commelyn botanico egregio, ſplendidiſſimum opus, LX tabulis conſtans,

Ej. *Metamorphoſis inſectorum Surinamenſium, ofte Verandering der Surinaamſche Inſecten etc.* Amſt. ſ. a. (1705) fol. max.
lat. ib. eod. ead. forma.
ed. 2. XII tabulis auctior *belg.* Amſt. 1719. eadem forma.
ſaepius et variis linguis denuo excuſum.

Editionis vernaculae principis a. 1705 pauca quaedam exempla propria manu ſummo artificio coloribus diſtinxit, ab iis probe, et in tanto quo ſuperbiunt nitore et accuratione ſatis facile diſtinguenda, quae alii inferioris ſubſellii pictores imitati ſunt.

De vita Merianae cf. Doppelmayer *Nachr. von Nürnberg. Künſtlern* p. 268 ſqq.

J. C. Füeſslin *v. Schweizer-Künſtl.* Vol. II. p. 196 ſqq.

Weyermann *Nederl. Konſtſchilders* Vol. III. p. 58. ſqq.

it. ap. Hüsgen *Nachr. v. Francfurter-Künſtl.* Dargenville, Descamps etc.

§. 345.

MART. LISTER Eboracenſis †. 17.. Archiater Annae Britannicae.

EJ. *Exercitationes anatomicae de cochleis et biualuibus* I. Lond. 1694. 8. II. ib. 1695. 8. III. ib. 1696. 4.

EJ. *Synopſis methodica conchyliorum* Lond. 1685. fol.

it. ex edit. Guil. Huddesford Oxon. 1770. fol.

EJ. *de inſectis opus* Jo. Goedartii *), *in methodum redactum, c. not.* Lond. 1685. 8.

EJ.

*) Jo. GOEDART, pictor Medioburgenſis, ex primis fuit, qui inſectorum oeconomiam curatius ſcrutati ſunt. EJ. *Metamorphoſis et hiſt. nat. inſectorum* III Voluminibus prodiit

Ej. Liſteri *hiſtoriae animalium Angliae Tractatus III.* Lond. 1678. 4.

prior qui *de araneis* agit, *germ.* prodiit Quedlinb. 1778. 8.

ID. *de fontibus medicatis Angliae Exercitationes* II. Eboraci 1682–84. II Vol. 8. LB. 1686. 12.

Ej. *diſſ. de humoribus* Lond. 1709. 8.

Ej. *Exercit. de quibusdam morbis chronicis* Lond. 1694. 8. et al.

Ej. *Journey to Paris* Lond. 1699. 8.

Ej. comm. in Sanctorii aphor. ſupra citauimus (p. 196.)

prodiit Medioburgi, viz. I. 1662. 8. II. 1667. 8. III. poſthumum 1669. 8. Et huius operis exempla quaedam extant rariſſima ab ipſo auctore coloribus diſtincta, ea mirum quantum nitore ſuperantia, quae poſtmodo ab aliis colorata ſunt. — Cf. Jo. van Gool *nieuwe Schoubourg der Nederlantſche Kunſtſchilders* Vol. I. p. 41 ſqq.

MATERIA MEDICA etc.

§. 346.

Materiae medicinali hacce periodo ſummum acceſſit augmentum *cortice peruuiano,* qui etſi iam inde ab a. 1638 Europaeis innotuerit, cum Comitiſſa de Cinchon Peruviae Proregis coniux eius vſu a pertinace febre intermittente liberata eſſet, non tamen niſi poſteriore quod tractamus ſeculi dimidio divulgari cepit. Et primo quidem, vt res ipſa ferebat, apud Hiſpanos eſt adhibitus, quibus tunc temporis *Corteça del Quarango* audiebat, et penes quos quoque iam tum acres lites ſuper eius inſonte aut ſuſpecta qualitate Colmenerum inter et Fernandezium excitatae ſunt, quae et poſtmodum in reliqua Europa per integrum fere ſeculum, non obſtantibus Sydenhami et Mortoni diuinis fere corticis iſtius ope curationibus, vsque ad Werlhofii noſtri tempora toties iteratae ſunt.

Don Joſeph Colmenero (Catedratico de Prima de Salamanca) *Reprobacion del pernicioſo abuſo de los Polvos de la China china.* ſ. l. 1647. 8. 1697. 4.

Don

Don Th. Fernandez *Defenſa de la china-china contra* Colmenero ſ. l. 1692. 4.

Diſcurſo medico, formado en una Tertulia de Madrid, ſobre un Librillo que en Defenſa de la china china, ſe apareciò con el nombre de Don Th. Fernandez, *en que ſe hace mencion de varios Autores, que tratan de la China* ſ. l. et a. 4.

§. 347.

Verum et *res alimentaria* nouum et maxime memorabile cepit incrementum *Theae* et *Coffeae* vſu, inter Europaeos nunc magis magisque inualeſcente, quo calidorum potulentorum abuſu vt vniuerſa fere diaeta ita et morborum facies eatenus ſane magnam partem mutata eſt, vt alii, v. c. calculus vrinae, ab eo inde tempore rarius obſeruari ceperint, alii e contrario vt fluor albus et quae hypochondriaci et hyſterici ſunt generis, indies magis fuerint diuulgati. Thea inprimis iam tum nanciſcebatur feruidum praeconem Corn. Bontekoe ſ. Decker (Alcmarienſem, Medicum Batauum, demumque Prof. Francofurti ad Viadr.) qui primus eam tanquam panaceam tam efficaciter

caciter commendabat, vt magnum exinde praemium Societatis Indicae orientalis meruerit.

Corn. Bontekoe *Tractaat van het excellenſte Kruyd* Thee, *ten dienſte van die gene, die Luſt hebben om langer, geſonder, en wyſer te leven.* Hagae-Com. 1678. 12. ib. 1679. 8. et al.

CHEMICI, PHARMACEVTAE etc.

§. 348.

Robert. Boyle Lisboria-Hibernus †. 1691. aet. 63.

Parens quaſi ſanioris chemiae, vtpote qui primus eandem phyſicis principiis ſuperſtruxit, et profligata myſtici ſtyli, quo antea obuelari ſolebat, nube, ſimplici et natiuo candori eandem reddidit. De vniuerſa quoque philoſophia naturali meritiſſimus, magni noſtri Othonis de Guerike de vacuo ſpatio et electricitate inuenta vltro proſecutus eſt; phyſiologiam quoque vtiliſſimis experimentis ditauit, vitam impendere vero ſtudioſiſſimus.

Ej. *ſceptical chymiſt.* Oxon. 1661. 8.

Ej. *phyſiological Eſſays of the uſefulneſs of natural philoſophy.* ib. 1661–73. II Vol. 4.

Ej.

Ej. *Experiments touching colours* ib. 1663. 4.

Ej. *Memoirs for a natural hiſtory of human blood* Lond. 1684. 8.

Ej. *Diſquiſition about final cauſes of natural things.* it. *ſome uncommon obſervations about vitiated ſight.* Lond. 1688. 8.

Ej. *general hiſtory of the air* Lond. 1692. 4.

Operum ed. pleniſſ. curante Th. Birch. Lond. 1744. V vol. fol.

Vita viri praemiſſa huic operum editioni.

Cf. quoque: *the heads of illuſtrious perſons of Great Britain* Vol. I. p. 135.

§. 349.

Moses Charas Uzeſia-Languedocus †. 1698. aet. 80.

Chemicus Pariſinus.

Ej. *experiences ſur la vipere* Par. 1669. 8.

Ej. *Suite des nouvelles Experiences ſur la vipere* ib. 1671. 8.

iunctim c. priore ib. 1672. 8.

Ej. *Pharmacopee royale* Par. 1672. II Vol. 8.

Opera, *lat.* Genev. 1684. III Vol. 4.

§. 350.

Nic. Lemery Rotomagenſis †. 1715. aet. 70.

Chemi-

Chemicus Pariſinus.

Ej. *cours de chymie* Par. 1675. 8. ed. IX. ib. 1701. 8.

it. c. not. Baroni ib. 1756. 4.

Ej. Lemeryi *pharmacopee univerſelle* ib. 1698. 4.

Ej. *Dictionnaire univerſel des Drogues ſimples* ib. 1698. 4. et al.

it. c. not. Bern. de Juſſieu ib. 1733. 4.

Elogium Lemeryi v. in act. Pariſ. a. 1715.

Lvd. Lemery Nic. fil. Pariſinus †. 1743. aet. 66.

Medicus Pariſinus.

Ej. *Traité des alimens* Par. 1702. 12. et al.

Ej. *Diſſertation ſur la nourriture des os* ib. 1704. 12.

it. c. affinibus Courtiali aliorumque libellis LB. 1709. 12.

Elogium viri v. in act. Pariſ. a. 1743.

§. 351.

Gvil. Homberg Batavia-Javanus †. 1715. aet. 63.

Medicus ducis Aurelianenſis.

Sale

Sale ſedatiuo ſui nominis vulgo notus.

Diſſertationes eius numeroſae inſertae ſunt actis Pariſinis.

Elogium eius ibid. a. 1715.

§. 352.

OLAVS BORRICHIVS Borchia-Danus †. 1690 (ex lithotomia) aet. 54.

Prof. Havnienſis.

Ej. *de ortu et progreſſu chemiae* L. Havn. 1668. 4.

Ej. ſapientiam Hermetis ſupra (pag. 8) notauimus.

Ej. *conſpectus chemicorum illuſtrium* (opus poſthumum) ib. 1697. 4.

Ej. *de vſu plantarum indigenarum in medicina* ib. 1688. 8.

Multa quoque eius extant tam in actis Hafnienſibus quam in epiſtolis Bartholini (v. p. 205.)

Vita viri praemiſſa conſpectui citato.

§. 353.

DAN. LVDOVICI Vinarienſis †. 1680. aet. 55.

Archiater Gothanus, ducibus Erneſto pio et Friderico I.

Pharma-

Pharmaceuticen a perniciosa inſanarum compoſitionum farragine liberare, ſimplicioremque eandem et elegantiorem reddere felici cum ſucceſſu ſtuduit.

Ej. *pharmacia moderno ſeculo applicanda* Gothae 1671. 12.

Claſſicum opus ſaepiſſ. recuſum, translatum etc.

v. c. *gall.* c. comment. Ettmülleri, Muſſiponti 1757. II Vol. 8.

Vtiles quoque Symbolas contulit ad Ephemer. Nat. Cur.

Opera Frf. 1712. 4.

§. 354.

Felices hi Ludovici auſus melioribus quoque et aliquantiſper ſaltem repurgatis *Diſpenſatoriis* vt vocantur, anſam dederunt. Pertinent huc

Pharmacopoea Auguſtana, quae etſi antiquior, nunc vero comtius prodiit Aug. Vind. 1673. fol. et al.

Diſpenſatorium regium Brandeburgicum 1698 fol. et al.

§. 355.

§. 355.

Jo. Joach. Becher Spirenſis †. 1682. aet. 57.

Homo paradoxus, inquietus; ſed profundae ſagacitatis; qui, praeter tot alia, primus quoque phlogiſti principii naturam et dignitatem indagauit.

Inuentor quoque pilularum polychreſtarum.

Ej. *Phyſica ſubterranea* Frf. 1669. 8.
it. ex ed. Stahlii Lipſ. 1735. 4.

Ej. *chymiſcher Glückshafen* Frf. 1682. 4.

Ej. *Parnaſſus medicinalis* Ulm. 1663. fol.

Ej. *närriſche Weisheit und weiſe Narrheit* Frf. 1682. 12.

Ej. *ſcripta chymica rariora* ex ed. Rothſcholzii Norimb. 1719. 8.

Vita Becheri, auctore Urb. Gothofr. Bucher Norimb. 1722. 8.

§. 356.

Jo. Kvnkel von Löwenstern Slesvicenſis †. 1703. aet. 74.

Chemicus electorum Saxoniae, tum Brandenburgi, denique regis Sueciae.

Poſt Brandium inuentor phoſphori vrinarii, item perfector artis vitrum purpura Caſſii minerali tingendi, morſularum antimonialium etc.

Ej. *Laboratorium chemicum* ex ed. Engellederi 1716. 1722. 8.

Ej. *Opuſcula chemica minora* Frf. 1721.

Ej. *Glasmacherkunſt* Lipſ. 1689 4. et al.

PATHOLOGI et THERAPEVTAE.

§. 357.

Iam ad auſpicatiſſimum et aureum quaſi therapiae aeuum delati ſumus, quo ſalutifera ars a millenis inde annis ſectarum ſordibus, Galenicae inprimis, Chemicae et Syluianae, inquinata, iam Hippocratico i. e. ſimplici ſuo natiuo nitori reddita eſt; quae quidem felix reformatio ex ipſa ea Anglia exiit, quam praecedente periodo tantum quoque ad phyſiologiam reformandam contuliſſe vidimus.

§. 358.

Thom. Sydenham ex pago Winford-Eagle comitatus Dorſetenſis †. 1689. aet. 65. Medicus Londinenſis.

Reſtaura-

Reſtaurator methodi antiphlogiſticae: cuius nomen ferunt varia medicamenta, Laudanum liquidum, decoctum album, pilulae foetidae etc.

Ej. *obſeruationes medicae circa morborum acutorum hiſtoriam et curationem* Lond 1676. 8.

Ej. *diſſ. de curatione variolar. confluentium, nec non de affectione hyſterica* ib. 1682. 8.

Ej. *de podagra et hydrope* Lond. 1683. 8.

Opera Lond. 1684. 8. 1735. 8. et al.

§. 359.

Rich. Morton Suffolcienſis. †. 1698.

Medicus Londinenſis.

Ej. *phthiſiologia* Lond. 1669. 8.

Opera Amſt. 1696. II Vol. 8. et al.

§. 360.

Christoph. Bennet Rayntonia - Sommerſetenſis. †. 1655. aet. 38.

Medicus Londinenſis (potius ad praecedentem periodum referendus).

Ej. *theatri tabidorum veſtibulum* Lond. 1654. 8. et al.

it. Vindob. 1768 8.

§. 361.

Georg. Baglivi Raguſanus. †. 1706. aet. 38.

Prof. Romanus.

Ej. *de praxi medica* L. IV. Rom. 1696. 8.

acc. *diſſ. de anatome, morſu et effectibus Tarantulae.*

Opera Lugd. 1704. 4. c. praef. Hecqueti. et al.

ib. 1745. 4. ib. 1765. 4.

§. 362.

Bernardin. Ramazzini Carpenſis. †. 1714. aet. 81.

Prof. Patauinus.

Ej. *de morbis artificum diatriba* Mutin. 1700. 8. et al.

germ. Lipſ. 1718. 8. et c. auctariis cl. Ackermann. Stendal. 1780–83. II Vol. 8.

id. *de principum valetudine tuenda* Patav. 1710. 4. et al.

id. *de contagioſa epidemia, quae in Patauino agro in boues irrepſit* Patav. 1712. 8.

Ej. *Relazioni ſopra il parto e la morte della Marcheſa* Martellini. Moden. 1681. fol. (de non acceleranda ſecundinarum poſt partum extractione.)

it. c. aliis huius argumenti eriſticis ſcriptis, edente Joſ. Ramazzini. Mutin. 1758. 4.

Opera Patav. 1718. IV vol. 8. Neap. 1739. 4. et al.

§. 363.

§. 363.

MICH. ETTMÜLLER Lipſienſis .†. 1683. aet. 39.

Prof. in acad. patria.

Ej. *fundamenta medicinae verae* Frf. 1685. 4.

Ej. comment. in Ludovici opus pharmaceuticum ſupra citauimus.

Numeroſae quoque Ej. extant diſſertationes.

Pro ſpuriis vero operibus declarauit filius *chemiam* et *fundamenta medicinae* poſt patris fata edita.

Operum plures extant editiones; vt Cyrilli Neap. 1728 fol. Mangeti Genev. 1736. IV vol. fol.

Pleniſſima et accurata ſtudio filii, Mich. Erneſti (.†. 1732) Frf. 1708. III Vol. fol.

Vita viri extat in Chr. Gerberi *Hiſtorie der wiedergebornen in Sachſen* Append. p. 90. ſqq.

Alia praemiſſa eſt operibus.

§. 364.

HENR. MEIBOM (filius Jo. Henrici, cuius ſupra meminimus p. 29) Lubeccenſis .†. 1700 aet. 62.

Prof. Helmſtadienſis medicinae practicae, hiſtoriarum et poëſeos.

Vir egregius, et inter hiſtoricos magna *rerum Germanicarum* collectione celebratiſſimus.

Nomen eius habent glandulae ſebaceae palpebrarum.

Ej. *de vaſis palpebrarum nouis, epiſtola* Helmſt. 1668. 4.

Ej. *de ceruiſiis* L. ib. eod. 4.

Ej. de incubatione in fanis deorum diſſ. ſupra citauimus (p. 6.)

Maxima eius ſcriptorum pars diſſertationibus conſtat academicis.

Praeſtantiſſima vero vtriusque Meibomii tum collectaneorum tum lucubrationum propriarum copia anecdota extat in bibliotheca academica.

§. 365.

Georg. Wolfg. Wedel Luſatus †. 1721. aet. 77.

Prof. Jenenſis.

Nomen eius manſit variis praeparatis pharmaceuticis.

Ej.

Ej. *Non-entia chymica* Frf. 1670. 12.

Ej. *Opiologia* Jen. 1674. 4.

id. *de morbis infantum* ib. 1717. 4.

Ej. *amoenitates materiae medicae* ib 1684. 4.

Ej. *de medicamentorum compoſitione extemporanea* Jen. 1678 4.

Ej *Exercitationes philologico-medicae* Dec. XV. ib. 1701 ſqq. 4.

§. 366.

Günth. Christoph. Schellhammer Jenenſis .†. 1716 aet. 67.

Prof. Helmſtadienſis, tum Jenenſis, denique Kilonienſis.

Ej. *de auditu L.* LB. 1684. 8.

Ej. *anatome xiphiae* Hamb. 1707. 4.

Ej. *de nitro, vitriolo, alumine et atramentis opuſculum* Amſt. 1709. 8.

Vita viri praemiſſa *epiſtolis ſelectioribus ad eum datis* Wismar. 1727. 8.

§. 367.

Jo. Jac. Wepfer Scaphuſinus .†. 1695. aet. 75.

Archiater Würtenbergicus.

Ej. *cicutae aquaticae hiſtoria et noxae.* Baſil. 1679. 4.

Ej. *obſeruationes anatomicae ex cadaueribus apoplecticis.* Scaphuſ. 1658. 8. et al.

ed. pleniſſima Amſt. 1724. 8.

Ej. *obſeruationes de adfectibus capitis* Scafhuſ. 1727. 4.

Hiſce obſ. poſthumis praemiſſa eſt vita auctoris.

Cf. quoque Eph. N. C. Dec. III. a. 3.

§. 368.

Iungamus Wepfero generum eius Brunnerum, et popularem Peyerum, etſi maxime anatomicis ſcriptis inclaruerunt.

Jo. Conr. Brvnner (poſtea de Brunn de Hammerſtein) Dieſſenhovio-Thurgavicus †. 1727. aet. 75.

Prof. Heidelbergenſis, tum archiater Palatinus.

Nomen eius ſeruant glandulae in duodeno qua pylorus ipſi inhaeret, coaceruatae.

Ej. *experimenta circa pancreas* Amſt. 1783. 8.

id. *de glandulis duodeni ſ. pancreate ſecundario.* it. *de glandula pituitaria* Frf. 1715. 4.

Ej.

Ej. *de methodo luis venereae curandae* L. (poſthumus) Scaphuſ. 1739. 4.

it. numeroſae obſeruationes inſertae Ephemeridibus N. C.

§. 369.

Jo. Conr. Peyer Scaphuſinus .†. 1712. aet. 59.

Artem in vrbe patria exercuit.

Vel vulgo glandulis inteſtinalibus notus, inprimis in ileo extremo, quo valuulam Fallopii ſpectat, conſtipatis.

Ej. *de glandulis inteſtinorum L.* Scaphuſ. 1677. 8.

Ej. *parerga anatomica reliqua* VI. Amſtel. 1682. 8.

Ej. *merycologia* Baſil. 1685. 4.

§. 370.

Jo. Jac. Harder Baſileenſis .†. 1711. aet. 55.

Prof. academiae patriae.

Ej. *apiarium obſeruationum* Baſ. 1687. 4.

Ej. *examen anatomicum cochleae terreſtris* ib. 1679. 8.

Paeonis *et* Pythagorae (Harderi *et* Peyeri) *exercitationes anatomicae et medicae* ibid. 1682. 8.

§. 371.

Theoph. Bonnet Geneuenſis .†. 1689. aet. 69.

Medicus vrbis patriae.

Vtilis compilator.

Ej. *Sepulchretum* ſ. *anatomia practica* Genev. 1679. II Vol. fol.

auctior ex ed. Mangeti Lugd. 1700. III Vol. fol.

Ej. *medicina ſeptentrionalis collatitia* Genev. 1685. II Vol. fol.

Ej. *Polyalthes* ſ. *theſaurus medico-practicus* ib. 1690-93. III Vol. fol.

§. 372.

Non ſeparemus popularem eius, compilandi genio ipſi ſimillimum:

Jo Jac. Manget .†. 1742. aet. 91.

Medicus Geneuenſis.

Ej. *bibliotheca anatomica* Genev. 1685. II Vol. fol.

Ej.

Ej. *theatrum anatomicum* ib. 1716. II Vol. fol.

Ej. *bibliotheca chemica* ib. 1702. II Vol. fol.

Ej. *bibliotheca pharmaceutico-medica* ibid. 1703. II Vol. fol.

Ej. *bibliotheca medico-practica* ib. 1695-98. IV vol. fol.

Ej. *bibliotheca ſcriptorum medicorum* ibid. 1731. II Vol. fol.

CHIRVRGI.

§. 373.

Sanguinis circuli inuentum iam magis magisque per Europam agnitum, chirurgicis duabus encheireſibus anſam praebuit, quae etſi breuis in chirurgia aeui fuerint, cum longe minus periculo quam vtilitate careant, phyſiologiae tamen illuſtrandae idoneae fuerunt, et in vniuerſum ád magna audacis Iapethi generis conamina referri merentur. De *chirurgia* loquor *infuſoria*, et *ſanguinis transfuſione.*

§. 374.

Chirurgiam infuſoriam iam a. 1642 venatorem quendam Luſatum in canibus ſuis exercuiſſe referunt. Maxime autem inde ab a. 1656

1656 et inprimis apud Anglos diuerſimode inſtituta eſt: auctoribus Lowero quem diximus, tum Chriſtoph. Wreen aliisque. Primum quidem in animantibus, praecipue ad vires medicaminum explorandas, poſtea vero et quidem ſaepe non ſine euphoria in ipſis hominibus. Purmannus, quem mox citabimus, bis ſibi ipſi medicamina venis iniecit, et nuper quoque eodem modo deſperatis morbis medicatum fuiſſe conſtat.

Jo. Sigm. Elsholzii *clyſmatica noua* Berol. 1667. 8.

Jo. Dan. Majoris *chirurgia infuſoria.* Kilon. 1667. 4.

Mich. Ettmülleri *diſſ. de chirurgia infuſoria* Lipſ. 1768. 4.

Ad nuperos eius vindices pertinent praeprimis

J. A. Hemmann *mediciniſch chirurg. Aufſätze* p. 122-216.

J. M. Regnaudot *diſſ. de chirurgia infuſoria renouanda* LB. 1778.

Simplicem et maxime commodum ad eandem apparatum, quo ipſe vtor, deſcripſi in *Mediciniſche Bibliothek* Vol. I. pag. 177 ſqq. tab. I. fig. 4.

§. 375.

§. 375.

De *tranſfuſione ſanguinis* primum in Germania et quidem, Andr. Libavio teſte, iam ante a. 1615 cogitatum eſt: tentata autem primo in animantibus apud Anglos a. 1666, itidem Lowero auctore, tum Kingio aliisque nouae Societatis Londinenſis ſodalibus. In homine eandem primi inſtituerunt a. 1667 Deniſius, medicus regius, et Emmerezius chirurgus, Galli; tum in Germania idem Purmannus; alibi alii. Cum vero audax et anceps ea vitalis laticis transfuſio pauciſſimis proficua, pluribus vero lethalis cederet, eius in homine vſus iam a. 1668 in Gallia vetitus *), et in vniuerſum quoque a medicis reprobatus eſt; niſi quod Nuckius **) aliique eandem in deſperata et alias lethali ſanguinis profuſione admitti poſſe concederent, quae et antea iamiam Majoris, quem modo citauimus, opinio fuit.

Prolixum

*) Cf. *la Sentence rendue au Chatelet de Paris* d. 17 Apr. 1668, in collectione academica Diuionenſi, Part. exot. Vol. II. p. 144 ſqq.

**) Cf. Ej. *obſeruationes et experimenta chirurgica* p. m. 168 ſq.

Prolixum catalogum ſingularium relationum et diſſertationum, quae occaſione primorum in homines transfuſi ſanguinis tentaminum, maxime in Gallia editae ſunt, videſis in Halleri *bibl. anat.* Vol. I. p. 555 ſqq. Ad vnam fere omnes extant in bibliotheca academica. Sed et plures ad manus ſunt, Hallero non dictae v. c.

J. Denis *Lettre touchant l'origine de la Transfuſion du ſang et la maniere de la pratiquer ſur les hommes. Avec le recit d'une cure faite depuis peu ſur une perſonne paralitique* Par. 1668. 4.

Lamy *Lettre ſur la mort du fou pretendu guery par la Transfuſion* ib. eod. 4.

L. de Basril *reflexions ſur les diſputes qui ſe ſont à l'occaſion de la Transfuſion* ſ. l. et a. 4.

De Sorbiere *diſcours touchant diverſes Experiences de la Transfuſion du ſang* Pariſ. 1668. 4.

Synopticam transfuſionis hiſtoriam exhibent:

Jo. Chriſtoph. Sturm *transfuſi ſanguinis hiſtoria* Altorf. 1676. 4.

G. Abr. Mercklin *de ortu et occaſu transfuſi ſanguinis* Norimb. 1679. 8.

Super

Super apparatu et encheireſi operationis cf. Lamzweerde Append. ad Sculteti *armamentar.* ed. LB. 1692. p. 29-57.

§. 376.

Inter chirurgos eius aeui maxime eminet MATTH. GOTTFR. PVRMANN Lubenia-Sileſiacus † 1711. aet. 63.

Chirurgus Brandenburgicus caſtrenſis, tum poliater Wratislauienſis.

Ad exercendam chirurgiam manualem natus, difficillimas operationes maſcule et feliciſſimo cum ſucceſſu exercuit.

Ej. *Lorbeercranz der Wundarzney* Frcf. 1691. 4.

Ej. *chirurgia curioſa* ib. 1716. 4.

Ej. *curioſe chirurgiſche Obſervationen* ibid. 1710. 4.

De vita propria praefatus eſt ad haſce obſeruationes chirurgicas.

§. 377.

CORN. SOLINGEN

Chirurgus Haganus.

Ej. *manuale operation der Chirurgie.* it. *Ampt der Vroed-vrouwen* Amſt. 1684. 4.

Ej.

Ej. *Embryulcia ofte Afhaalinge eenes dooden Vrugts* Hagae Com. 1673. 12.

Opera Amſt. 1698. 4.

OBSTETRICII.

§. 378.

Ars obſtetricia iam magis magisque conualuit obſoleſcente demum infelice praeiudicio hactenus praeualente, quaſi indecorum eſſet difficulter parturientibus, ſi a perito medico ſeruari mallent, quam ab indocta muliere crudeliter peſſumdari. Cum enim ſi a caeſarea ſectione et paucis aliis eiusmodi operationibus diſceſſeris vniuerſum huius artis exercitium ad hancce periodum vsque penes obſtetrices fuerit, iam demum ad medice doctos artis magiſtros quoque tranſiit, inter quos maxime eminuerunt apud Gallos Mauriceau, apud Belgas Roonhuyſen.

§. 379.

Franc. Mavriceau Pariſinus †. 1709. Chirurgus Pariſinus.

Ej. *Traité des maladies des femmes groſſes* Par. 1668. 4. et al.

Ej.

Ej. *obſervations ſur la groſſeſſe et l'accouchement* Par. 1695. 4.

germ. Dresd. 1709. 8.

Ej. *dernieres obſervations ſur les maladies des femmes groſſes* Par. 1706. 4.

Iunctim Par. 1721. II Vol. 4. et al.

belg. c. auctariis cl. Camperi Amſt. 1759. 4.

§. 380.

HENR. VAN ROONHUYSEN Amſtelodamenſis.

In patria vrbe artem exercuit.

Vectis ſui nominis inuentum ab aliis huic, ab aliis vero, et quidem rectius, filio eius Rogerio tribuitur.

Ej. *heelkonſtige Aanmerkingen* Amſt. 1663–72. II Vol. 8.

germ. Norimb. 1674. II Vol. 8.

§. 381.

JUSTINA SIEGMUND (nata Dieterich) Sileſiaca.

Obſtetrix Brandenburgica.

Ej. *Brandenburgiſche Hofwehemutter* Berol. 1692. 4. et al.

SCRR. MEDICINAE FORENSIS, POLITIAE MEDICAE etc.

§. 382.

PAVL. AMMANN Vratislauienſis.

Prof. Lipſienſis.

Ej. *medicina critica ſ. deciſoria* Erf. 1670. 4. et al.

ed. plenior Stadae 1677. 4.

Ej. *praxis vulnerum lethalium* Frf. 1701. 8.

Ej. *irenicum Numae Pompilii cum Hippocrate* Lipſ. 1689. 8.

§. 383.

GOTHOFR. WELSCH Lipſienſis † 1690. aet. 72.

Prof. academiae patriae

Ej. *rationale vulnerum lethalium iudicium* Lipſ. 1660. 8. et al.

Ej. memorabilis quoque eſt diſputatio qua purpuram puerperarum primus deſcripſit ſ. t. *hiſtoria medica nouum puerperarum morbum continens, qui ipſis* der Frieſel *dicitur.* Lipſ. 1655. 4.

§. 384.

§. 384.

Ni fallor eadem quoque periodo prima *in vſum popularem* prodiit methodus ſubmerſis ſubueniendi. Et quidem primus benefico eiusmodi ſcripto de genere humano bene meruiſſe videtur

SEBAST. ALBINVS

Paſtor eccleſiae Ditterſpacenſis.

Ej. *Bericht und Handgriff wie man mit Perſonen ſo im Waſſer gelegen und für todt herausgezogen worden umgehen ſolle* editio II. quae ad manus eſt, prodiit ſ. l. 1675. 8.

§. 385.

Denique et in eadem tempora incidit auſpicium vtiliſſimi inſtituti, quo e tabulis emortualibus corollaria phyſiologica et pathologica et politica deduci ceperunt. Et primus quidem id conatus eſt a. 1662.

JO. GRAUNT

Pannifex Londinenſis.

Ej. *natural and political obſervations made upon the bills of mortality.* Lond. 1662. 4. (ed. princeps)

it. ib. 1666. 4. et al. ed. VIta ib. 1676. 4.

it. recuſ. in *collection of the yearly Bills of mortality from 1657 to 1758 incluſ.* Londin. 1759. 4.

PHILOSOPHI.

§. 386.

Coronidem imponimus hiſtoriae huius periodi memoria viri ſummi et de vniuerſa republica litteraria in aeternum meritiſſimi

Gothofr. Gvil. l. b. de Leibnitz Lipſienſis †. 1716. aet. 70.

Electoris Hannoverani a conſil. intimis.

Etſi longe maxime mathematicis et hiſtoricis laboribus inclaruerit, vt calculo differentiali inuento et ſcriptorum rerum Brunſuicenſium editione etc. egregie tamen etiam de re medica et naturali meruit, cum inter primos ipecacuanhae notitiam dederit, vrinae phosphorum deſcripſerit, ex primis quoque bombyces in Germania coluerit et quae ſunt id genus alia.

Ej. *de nouo antidyſenterico ex America allato* L. Frf. 1696. 8.

Ej.

Ej. de annuis ſuper re medica commentariis edendis conſilium, extat in *Journal des Sçavans* Vol. XXII. a. 1694.

Ej. *protogaea* ex edit. Scheidii Goett. 1749. 4.

Opera ex edit. Ludov. Dutens Genev. 1768. VI Vol. 4.

Vitam Leibnitii ab eius amanuenſi Jo. Georg. v. Eckhart conſcriptam v. in cl. v. Murr *Journal zur Kunſtgeſchichte* Vol. VII.

Hiſsmanni deſideratiſſimi *Verſuch über* Leibnitzens *Leben*. Monaſter. 1783. 8.

SECTIO XIII.
SECVLI XVIIIvi
PRIORA SEPTEM LVSTRA.

§. 387.

Duo ſunt ni fallor quae ineunte quod viuimus ſeculo, vt vniuerſae arti ſalutari egregio fuerunt emolumento, ita maxime ſcriptis ad eam pertinentibus maiorem impertierunt perfectionem Inualeſcens ſcil. eo tempore *ſtudium hiſtoriae litterariae*, et *Wolfiana demonſtrandi methodus*. Quanquam enim in vtroque haud parum ineptierint eius aeui homines, cum ea quam litterariam vocabant hiſtoriam in multis fere vnice ad notitiam librorum rariorum, aliasque ſteriles curioſitates rediret; et demonſtratiua methodo ad nauſeam vsque abuterentur Wolfiani; nihilominus tamen vtrumque vel ex eo capite ſtudio medico maxime proficuum ceſſit, quod hiſtoriae litterariae curatiore cultura ingentes ex antiquiorum auctorum ſcriptis, antea neglectis,

glectis, denuo eruerentur theſauri et magis magisque in communem vſum verterentur; Wolfiana autem methodus vtique ad iudicium acuendum plurimum conferret, quod in tot praecedentis ſeculi credulis obſeruatoribus et compilatoribus tantopere deſideramus.

SOCIETATES LITTERARIAE, DIARIA etc. etc.

§. 388.

Inter nouas ea periodo inſtitutas academias ſcientiarum eminent praeſertim Berolinenſis, Petropolitana et Bononienſe inſtitutum.

Berolinenſis Societas Scientiarum a. 1700 Leibnitii conſiliis fundata, acta ſua inde ab a. 1710 *Miſcellaneorum Berolinenſium* titulo edidit.

A. 1744 academiae nomen nacta ab inſequente inde anno commentarios ſuos gallicos fecit ſ. t. *Hiſtoire de l'Academie des Sciences et belles Lettres avec les Memoires*; demumque inde ab a. 1770 eosdem *Nouveaux Memoires* vocauit.

Cf. *Hiſtoire de l'academie de Berlin depuis ſon origine.* Berol. 1752. 4.

§. 389.

Petropolitana ſcientiarum academia ad vltima Petri Magni inſtituta pertinet, quibus de illuſtrando ſuo imperio immortaliter meruit. Condidit eam anno 1724, inſtaurauit Catharina I. 1725.

Commentarii eius academiae prodierunt inde ab a. 1726. XIV vol.

Tum *Noui Commentarii* ab a. inde 1747 XX Vol.

Qui denique titulus a. 1773. in eum *Actorum* mutatus eſt.

§. 390.

Bononienſe Scientiarum inſtitutum origines ſuas debet viro non vno nomine illuſtri Lud. Ferd. Com. de Marſigli (ſcriptis quoque propriis claro, Danubio maxime, et maris hiſtoria) et *Commentarios* ſuos inde ab a. 1731 publici iuris fecit.

Giuſ. Gaët. Bolletti *dell' origine e de' progreſſi dell' inſtituto delle ſcienze di Bologna* Bonon. 1767. 8.

Notizie dell' origine e progreſſi dell' inſtituto di Bologna ib. 1780. 8.

§. 391.

§. 391.

Ad acta eius aetatis litteraria, et quidem medici argumenti, prae reliquis pertinent *collectio Vratiſlauienſis* et *Commercium noricum.*

Illa inde a. m. Jul. a. 1717 vsque ad a. 1727 prodiit ſ. t. *Sammlung von Natur- und Medicin-Geſchichten* directoribus Jo. Kanold et Jo. Chriſt. Kundmann medicis Vratislavienſibus. XXXVIII conſtat partibus et IV Supplementorum Voluminibus. 4.

Poſtea per quadriennium continuata eſt ab Andr. El. Büchnero ſ. t. *Miſcellan. phyſico-medic. oder Nachrichten von phyſicalu. mediciniſchen Geſchichten* Erf. 1727–30. IV Vol. 4.

Finito eo opere, ſucceſſit ipſi inde ab a. 1731 vsque ad a. 1745 XV voluminibus 4. *commercium litterarium Noricum* dirigente Chriſtoph. Jac. Trew, de quo infra pluribus.

ANATOMICI et PHYSIOLOGI.

§. 392.

Ant. Mar. Valsalva Foro-Cornelienſis †. 1723. aet. 57.

Prof. anat. honorar. Bononienſis.

Nomine eius inſignitur ſinus ſic dictus arcus aortici.

Ej. *Tract. de aure humana* Bonon. 1704. et al.

it. c. *diſſertationibus anatomicis* (poſthumis). Recenſuit et XVIII epiſtolis illuſtrauit Jo. Bapt. Morgagni Venet. 1740. 4.

De vita et ſcriptis Valſalvae Comm. huic eius operum editioni praemiſit Morgagni.

§. 393.

Jo. Domin. Santorini Venetus †. 1737. aet. 56.

Prof. in vrbe patria.

Emiſſariis durae matris, et varietati oſſium turbinatorum ſuperiorum, nomen eius manſit.

Ej. *obſeruationes anatomicae* Ven. 1724. 4.

Ej. *iſtoria d'un feto eſtratto felicemente intero dalle parti deretane* ib. 1727. 8.

Ej. *tabulae* XVII *poſthumae*; ex ed. Mich. Girardi Prof. Parmenſis. Parm. 1775. fol.

Vitam viri tabulis hiſce praemiſit editor.

§. 394.

§. 394.

Jo. Fantoni, Jo. Bapt. fil. Taurinenſis †. 1758. aet. 83.

Prof. in vrbe patria

Ej *diſſertationes anatomicae* Taurin. 1701. 8.

Et quae pectoris et abdominis viſcera attinent auctiores ſ. t. *Anatomia corporis humani* ib. 1711. 4.

Denique Ej. *diſſertationes anatomicae VII priores renouatae* ib. 1745. 8.

Ej. *opuſcula medica et phyſiologica* Genev. 1738. 4.

Ej. *Specimen obſeruationum de acutis febribus miliariis* Niſſae 1762. 8.

§. 395.

Jo. Bapt. Morgagni Foroliuienſis †. 1771. aet. 90.

Prof. Patauinus.

Viri ſummi et (vt Facciolati ſuper eo verbis vtar) in vniuerſae vitae aequabilitate ſine exemplo maximi, nomen fert inter alia os ſpongioſum ſuperius, vt et aquula, quae lentem cryſtallinam eiusque capſulam intercedit.

Ej.

Ej. *aduerſaria anatomica* Bonon. 1706–19. VI Vol. 4. et al.

it. Venet. 1762. fol.

Ej. *epiſtolae anatomicae* II. LB. 1728. 4. edente Boerhaavio.

it. c. XVIII iſtis quas ad Valſalvam citauimus, Venet. 1762. fol. Patav. 1764. fol.

id. *de ſedibus et cauſis morborum per anatomen indagatis* Venet. 1761. II Vol. fol. et al.

germ. ex verſione cl. Königsdörfer Altenb. 1771–76. V vol. 8.

Ej. *opuſcula miſcellanea* Ven. 1763. III vol. fol.

Ej. epiſtolarum in Celſum et Samonicum iam ſupra meminimus (p. 52 et 74.)

Vita di Morgagni *ſcritta da* Gius. Moſca ed. 2. Neap. 1768. 8.

Fabronii *vit. italor.* Dec. II.

§. 396.

Jac. Benign. Winslov Oden-ſea Danus †. 1760. aet. 91.

Prof. Pariſinus

Ej. *Expoſition anatomique de la ſtructure du corps humain* Par. 1732. 4. et al. Amſt. 1752. IV vol. 8. Par. 1767. IV vol. 12.

Ej.

EJ. numeroſae commentationes extant in Actis academiae ſcientiar. Pariſinae.

EJ. diſſ. *E. mortis incertae ſigna minus ex chirurgicis quam ab aliis experimentis* Pariſ. 1740. 4.

recuſ. c. comment. Bruhieri ſ. t. *Diſſ. ſur l'incertitude des ſignes de la mort.* Pariſ. 1742–45. II Vol. 12. et al.

Elogium viri v. in Hiſt. acad. ſcient. Par.

§. 397.

Jo. SENAC Gaſco . †. 1770. aet. 77. Archiater regius.

EJ. (anonymi) *Anatomie d'* Heiſter *avec des Eſſais de Phyſique* Par. 1724. 8. ib. 1735. 8. et al.

EJ. *Traité du coeur* Par. 1749. II Vol. 4.

ed. 2. cura Portalii v. cl. ib. 1778. II Vol. 4.

ID. Senacus (anon.) *de recondita febrium intermittentium et remittentium natura* Amſt. 1759. 8. ed. auctior Genev. 1769. 8.

Elogium ej. extat in hiſt. acad. Pariſ.

it. in Diction. encyclop. Ebrodunenſi Vol. XXXVIII.

§. 398.

§. 398.

JACOB DOUGLAS

Medicus Londinenſis.

EJ. *Bibliographiae anatomicae ſpecimen* Lond. 1715. 8.

— it. ſtudio Bern. Sigfr. Albini Lugd. Bat. 1734. 8.

EJ. *myographiae comparatae ſpecimen* Lond. 1707. 8. Edinb. 1775. 8.

lat. per Jo. FRID. SCHREIBER LB. 1729. 8.

EJ. *deſcription of the peritonaeum* etc. Lond. 1730. 4.

lat. Helmſt. 1733. 8. LB. 1737. 8.

EJ. *Hiſtory of the lateral operation* Lond. 1726. 4.

et *Appendix* eiusdem ib. 1731. 4.

EJ. tabulae oſteologicae anecdotae extabant in bibl. Guil. Hunter.

§. 399.

GUIL. CHESELDEN nat. in vico Burrow on the hill prope Somerby Leiceſtriae †. 1752. aet. 64.

Chirurgus Londinenſis; celeber lithotomus.

EJ. *Anatomy of human body* Lond. 1713. 8. et al. ed.

ed. praeſtantiores VIta ib. 1741. 8. et VIIma ib. 1756. 8.

Ej. *oſteography* Lond. 1733. fol. max.

Ej. *Treatiſe on the high operation of the Stone* Lond. 1723. 8.

In *Philoſ. Tranſact.* No. 402. celebris hiſtoria reſtituti adoleſcenti viſus qui caecus natus erat.

De vita viri cf. *Biographia Britannica* Vol. III. ed. 2.

et *univerſal Magazine* m. Octobr. 1784.

§. 400.

Bern. Sigfr. Albinvs, Bernardi fil. Francofurtenſis Viadrinus †. 1770. aet. 74.

Per LIII annos Prof. Leydenſis.

Vir vt innumeris aliis modis de humana anatome meritiſſimus, ita maxime tabulis anatomicis nitidiſſimis fidiſſimis, a magno artifice Jo. Wandelaar confectis.

Ej. *de oſſibus corporis humani* LB. 1726. 8. Vindob. 1756. 8.

id. *de ſceleto humano* LB. 1762. 4.

Ej. *hiſtoria muſculorum hominis* ib. 1734. 4. Frf. et Lipſ. 1784. 4.

Ej.

Ej. *Index ſuppellectilis anatomicae* Ravianae LB. 1725. 4.

Ej. *Annotationes academicae* L. I–VIII. ib. 1754–68. VIII P. 4.

Ej. *Icones oſſium foetus* ib. 1737. 4.

Ej. *tabulae ſceleti et muſculorum* ib. 1747. fol. max.

Huic et ſequenti operi edendo 24000 flor. impendit auctor.

Ej. *tabulae oſſium* ib. 1753. fol. max.

Ej. *tabulae vteri grauidi* ib. 1755. fol. max.

Ej. *tabula vaſis chyliferi* ib. 1757. fol. max.

ID. *de arteriis et venis inteſtinorum hominis* c. icone coloribus diſtincta J. L'admiral ib. 1737. 4.

ID. *de ſede et cauſa coloris aethiopum et ceterorum hominum* c. ſimili icone eiusd. artificis ib. eod. 4.

Ej. *explicatio tabularum* Euſtachii LB. 1743. fol. et plenior ib. 1761. (cf. ſupra p. 123.)

Ej. editiones aliorum veterum anatomicorum ſuis locis citauimus. viz. Veſalii p. 121.; Fabr. ab Aquapendente p. 193.; et Harvaei p. 200.

Ej.

Ej. auctarii ad Douglaſium modo meminimus.

Elogium viri v. in *Biblioth. des ſciences et des beaux Arts* a. 1771. Vol. XXXVI. P. II. it. in Bruckeri *pinacotheca* Dec. V.

Iungamus ipſi fratres eius binos, itidem de re anatomica bene merentes:

Christ. Bern. Albinvs †. 1752. aet. 56. Prof. Ultrajectinus.

Singulari et moleſtiſſimo morbo habituali, intolerabili ſcil. auditus ſenſibilitate, afflictus.

Ej. *or. de anatome errores detegente in medicina* Ultraj. 1723. 4.

Ej. *deſcriptio inteſtinorum tenuium hominis* LB. 1724. 8.

Frid. Bern. Albinvs †. 1778. Prof. Leydenſis.

Ej. *or. de ambulatione vitae maxime neceſſaria* LB. 1769. 4.

Ej. *de natura hominis libellus* ib. 1775. 8.

(Qui repertorii aut indicis realis loco inſeruit in vniuerſa fratris Bern. Sigfr. opera anatomica.)

§. 401.

Christoph. Jac. Trew Lauſa-Norimbergenſis .†. 1770. aet. 84.

Medicus Norimbergenſis.

Ej. *de chyloſi foetus in vtero* Altorf. 1715. 4.

Ej. *de differentiis inter hominem natum et naſcendum* Nor. 1736. 4.

Ej. *tabulae oſteologicae* ib. 1767. fol. max.

Ej. *cedrorum Libani hiſtoria* ib. 1757. 4.

Ej. *plantae ſelectae, quarum imagines pinxit* G. Dion. Ehret inde ab a. 1750. fol. maj.

id. edidit herbarium Elizabethae Blackwell longe emendatius et auctius. 1747–73. fol.

Plurimae eius diſſ. extant in A. N. C.

it. in *Commercio Norico* quod citauimus.

Vitam ej. v. in *Nov. A. N. C.* Vol. IV. Append.

it. in Bruckeri *pinacotheca* Dec. X.

§. 402.

Jo. Frid. Cassebohm Hallenſis .†. c. 1740.

Prof. academiae patriae.

Ej. *de aure humana* Tract. I–VI. Halae 1734 ſq. II Vol. 4.

Ej. *Anweiſung zur Zergliederung des menſchlichen Körpers* Berol. 1746. 8.

ed.

ed. II. curante cl. Baldinger ib. 1769 8.

Ad eundem quoque referri poteſt diſcipuli eius, qui et icones operis de aure humana delineauit, Jo. Zach. Petſche *Sylloge obſeruationum anatomicarum* Hal. 1736. 4. recuſ. in Halleri collect. anat. Vol. VI.

§. 403.

JOSIAS WEITBRECHT .†. 1747.

Prof. Petropolitanus.

Praeter plurimas diſſertationes, commentariis Petropolitanis inſertas, maxime inclaruit opere claſſico quo deſertum hactenus anatomes campum curatiſſime excoluit ſc.

Ej. *Syndeſmologia* ſ. *hiſtoria ligamentorum corporis humani* Petrop. 1742. 4.

§. 404.

Demum et vir ſummus venit nominandus, qui etſi eccleſiaſticus, nec multum in humana anatome laborarit, binis tamen claſſicis operibus, quae ad fontes vniuerſae phyſiologiae pertinent, egregie eandem auxit et illuſtrauit. Eſt is

STEPH. HALES Cantienſis .†. 1761. aet. 84.

Miniſter Teddingtoniae ditionis Middleſex. Vir ad phyſiologiam experimentalem natus.

Ej. *vegetable Statiks* Lond 1727. 8. et al.

gall. vertente C. de Buffon Par. 1735. 4.

Ej. *Haemaſtatiks* Lond 1733. 8.

gall. interprete Sauvageſio Genev. 1744. 4.

Ej. Haleſii *Treatiſe on ventilators* Lond. 1758. 8.

Vitam viri auctore P. Collinſon v. in *Gentlem. Magaz.* m. Jun. 1764.

it. in *Biograph. Britannica* Vol. VI. P. II. et Elogium ej. in Actis acad. Pariſ.

BOTANICI.

§. 405.

Jos. Pitton de Tournefort Aquae-Sextienſis †. 1708. aet. 64.

Prof. Pariſinus.

Inde ab a. 1700–1702 comite Andrea Gundelsheimer Onoldino (archiatro regis Boruſſorum) Graeciam et Aſiam minorem inuiſit.

Ej. *Elemens de Botanique* Pariſ. 1697. III Vol. 8.

et

et longe auctius ſ. t. *Inſtitutionum rei herbariae* ib. 1700. III Vol. 4.

Quibus acceſſit corollarium ib. 1703. 4.

ex editione Ant. de Juſſieu recuſae Lugd. 1719. III Vol. 4.

Ej. *hiſtoire des plantes environs de Paris* Par. 1698. 12.

it. ex edit. Bern. de Juſſieu ib. 1725. II Vol. 12.

Ej. *Relation d'un voyage du Levant* Par. 1717. II Vol. 4. Lugd. eod. III Vol. 8.

Ej. numeroſae diſſertationes inſertae Actis Pariſinis.

Elogium v. in Act. acad. Pariſ.
et in Juſſieui editione *Inſtitutionum R. H.*

§. 406.

Sebast. Vaillant Vigniacenſis †. 1722. aet. 53.

Demonſtrator plantarum Horti reg. Pariſ.

Ej. *Botanicon Pariſienſe* (edente Boerhaavio) LB. 1727. fol.

Ej. *nouum plantarum genus Araliaſtri ſpecie, cuius ſpecies eſt* Ninzin. (ad Jo. Aug. de Hugo archiatr. Hannoveran.) Hannov. 1718. 4.

Elogium ej. in Act. Pariſ.

§. 407.

Sequatur triga cl. fratrum de Juſſieu, Lugdunenſium, filiorum Chriſtophori, qui de *Theriaca* ſcripſit.

Ant. de Jussieu †. 1758. aet. 72. Succeſſor Tournefortii.

Plurimas commentationes academiae Pariſinae exhibuit,

v. c. 1713 iconem et deſcriptionem Coffeae.

1729 de Simaruba eiusque vi antidyſenterica etc.

Ej. editionem operis Tournefortiani modo diximus.

id. Geoffroyi mat. medicam edidit etc.

Bernard. de Jussieu †. 1777. aet. 79.

Praeter alia quoque de hiſtoria naturali polyporum aquae dulcis et coralliorum meritiſſimus.

Itidem maxime commentationibus academiae Pariſinae oblatis inclaruit.

Ej. theſis E. *omni tempore et aetate ſalubris potus Coffeae* Par. 1743. 4.

De

De hoc viro cf. *Journal de Paris* m. Nov. 1777.

Joseph. de Jussieu .†. 1779. aet. 74.

Per integros XXXVI annos in Peruuia vixit, vbi praeter alia Cinchonae hiſtoriam vltro indagauit, heliotropium peruuianum inuenit etc.

Ej. theſis *E. litteratis ſalubris Coffeae vſus* Par. 1741. 4.

Elogia horum germanorum v. in Actis Acad. Pariſ.

§. 408.

Henr. Bernard. Rupp Gieſſenſis.

Candidatus medicinae veteranus Jenenſis.

Ej. *Flora Ienenſis* Frf. et Lipſ. 1718. 8.

ed. 2. ib. 1726. 8.

ed. 3. c. ditiſſimis auctariis Halleri Jen. 1745. 8.

§. 409.

Jo. Jac. Dillenivs Gieſſenſis. .†. 1747.

Prof. Oxonienſis.

Oculatiſſimus muſcorum praeſertim obſeruator, et nitidiſſimus eorum delineator ac ſculptor.

Ej. *catalogus plantarum circa Gieſſam naſcentium* Frf. 1719. 8. acced. nov. plantar. genera et ſpecies.

Ej. *Hiſtoria muſcorum* Oxon. 1741. 4.

Ej. *Hortus Elthamenſis* Jacobi Sherard. ib. 1732. fol.

Ej. editionem praeſtantiſſimam Synopſeos Rajanae ſupra citauimus (p. 270.)

Plures quoque Ej. vtiles obſeruationes extant inter A. N. C. vt de hirudinibus, de opio noſtrate, de indigenis Coffeae ſurrogatis etc.

SCRR. HISTORIAE NATVRALIS.

§. 410.

Hans Sloane Killileah-Hibernus †. 1753 aet. 93.

Archiater regius. Praeſes ſoc. Londinenſis.

Magnus theſaurorum naturalium collector, multis nominibus de re naturali et medica meritiſſimus.

Sui nominis vnguentum ophthalmicum vulgo innotuit.

Ej. *Voyage to the Islands Madera and Jamaica* Lond. 1707. II Vol. fol.

Plurimae eius obſeruationes extant in Philoſophicis Tranſact.

Vitam ej. v. in *Commentar. Societat. Goettingenſis* Vol. IV.

§. 411.

§. 411.

Renat. Ant. Ferchault de Reaumur Rupellenſis †. 1757. aet. 76.

Egregius obſeruator, vel thermometro ſui nominis vndique notiſſimus.

Ej. *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des Inſectes* Pariſ. inde ab a. 1734. VI Vol. 4.

Ej. *Art de faire éclorre des oiſeaux domeſtiques* ed. 2. Pariſ. 1751. II Vol. 12. cui acceſſit: *Pratique de l'art de faire éclorre* etc.

Maxime memorabiles eiusdem diſſertationes actis Pariſinis ſunt inſertae, vt de tremella noſtoc, de Turcoſia gemma ad odontolithos pertinente, de vi reproductrice in cancris fluuiatilibus, de ventriculo auium graniuorarum.

Vitam v. in Actis Pariſinis.

SCRR. MATERIAE MEDICAE.

§. 412.

Engelb. Kaempfer Lemgovienſis †. 1716

Primum legationi Suecicae a ſecretis Perſiam adiit, tum chirurgus naualis Indias orientales petiit, et per biennium in Japonia verſatus eſt.

Ej. *amoenitatum exoticarum* Faſcic. V. Lemgov. 1712. 4.

Cf. cl. Dohm praefat. ad vernaculam editionem Kaempferianae hiſtoriae Japoniae.

§. 413.

Steph. Franc. Geoffroy Pariſinus †. 1731. aet. 60.

Prof. Pariſinus.

Ej. *Tract. de materia medica* Pariſ. 1741. III Vol. 8. (ex edit. Anton. de Juſſieu)

gall. ib. 1750. VII Vol. 12.

Continuatus ab Arn. de Nobleville et Salerne ſ. t. *Hiſtoire naturelle des animaux* ib. 1756. III Vol. 12.

Acceſſerunt poſtea *les Figures des plantes et animaux décrits dans la Mat. medicale etc.* delineatore Garſault ib. 1764. V vol. 8.

Ej. Geoffroyi theſis *E. hominis primordia vermis* ib. 1704. 4.

Inter diſſertationes ej. actis Pariſinis inſertas eminet prae reliquis prima quae extat tabula affinitatum chemicarum a. 1718.

Vitam v. in Hiſt. acad. Pariſ.

CHEMICI.

CHEMICI.

§. 414.

Jo. Conr. Dippel (vulgo Chriſt. Democritus) Frankenſteina Palatinus †. 1734. aet. 62.

Homo paradoxus, ſed chemicis inuentis, caeruleo praeſertim, quod Berolinenſe vocant, et medicaminum quorundam compoſitione, vt oleo animali, elixirio acido, balſamo vulnerario ſui nominis etc. notus.

Ej. *vitae animalis morbus et medicina* LB. 1711. 8. et al.

germ. c. prolixis commentariis anonymi Frf. 1736. 8.

Vitae propriae notitia ex variis eius ſcriptis excerpta prodiit ſ. t. *Perſonalia oder kurzgeführter Lebenslauf* Chr. Democriti ſ. l. et a. 8. Alias eiusdem biographias ediderunt cl. J. Chr. Gottl. Ackermann Lipſ. 1781. 8. et H. W. H. quidam. Darmſt. 1783. 8.

§. 415.

Casp. Nevmann Zullichauienſis †. 1737 aet. 54.

Prof. Berolinenſis.

Lectiones

Lectiones ſic dictas *publicas* edidit ſuper varii generis alimentis et medicamentis

v. c. *von Thee, Caffee. Bier u. Wein* Lipſ. 1735. 4.

von ſalibus alcalino-fixis u. vom Campher Berol. 1727. 4.

von Succino, Opio, Würznelken u. Caſtoreo ib. 1730. 4.

von Salpeter, Schwefel, Antimonio u. Eiſen ib. 1732. 4.

von gemeinen Salz, Weinſtein, Salmiac u. der Ameiſe Lipſ. 1737. 4.

Ej. *praelectiones chemicae* (poſthumae), quarum binae et valde diſcrepantes extant editiones.

altera ſcil. Jo. Chr. Zimmermanni Berol. 1740. 4.

altera Chriſtoph. Henr. Keſſelii c. reliquis Neumanni operibus. Zullichav. 1749–55. IV vol. 4.

§. 416.

Iungatur Neumanno ſucceſſor eius

Jo. Henr. Pott Halberſtadienſis †. 1777. aet. 85.

Prof.

Prof. Berolinenſis.

Ej. *Exercitationes chymicae* Berol. 1738. 4.

Ej. *obſeruation. et animaduerſionum chymicar.* Collectio I. ib. 1739. II. ib. 1741. 4.

Ej. *chymiſche Unterſuchungen von der Lithogeognoſie* Potzd. 1746–54. III Vol. 4. et al.

Ej. *Abhandlung von dem Urin-Salze* Berol. 1761. 4.

Plura eius extant tam in Miſcellaneis Berolinenſibus quam in Gallicis quae ea ſecuta ſunt actis.

Vitam v. in iisdem academiae Berolinenſis actis.

PATHOLOGI et THERAPEVTAE.

§. 417.

Ita demum peruenimus ad praeclaros eos Triumuiros, quorum ingenio et doctrinae magnam partem eam praeſtantiorem artis ſalutaris faciem debemus qua ſe hodie commendat, et qui tanquam fontes ſuſpiciendi ſunt, e quibus hodiernum ſtudium medicum in plerasque Europae academias quaſi per traducem deriuatum eſt. De Boerhaavio, Hofmanno

manno et Stahlio ſermonem mihi eſſe vix eſt quod moneam.

§. 418.

Hermann. Boerhaave ex pago Voorhout, qui Leydam et Haarlemum interiacet. †. 1738. aet. 70.

Prof. Leydenſis.

Vir ſummus et quem nominaſſe eſt laudaſſe, cum vel principalia ex innumeris eius in vniuerſam artem medicam meritis ſigillatim recenſere, arcti noſtri limites vetant; qui inſtaurator ſanioris chemiae, maxime applicatae, extitit, medendi methodum a Sylvianis aliisque eius aetatis ſordibus maximam ſane partem repurgauit, et in omni diſciplina medica tradenda, quod ſimplicitatem et cum ſumma dignitate ſermonis coniunctam perſpicuitatem attinet, vix ſui parem habuit. Vir, vt vno verbo omnia complectar, cuius characterem exprimit ſymbolum eius: *Simplex veri ſigillum.*

Aurea eius ſcripta ſecundum claſſes recenſeamus:

a) ad

a) ad methodum ſtudii medici.

Ej. *oratio de comparando certo in phyſicis* LB. 1715. 4.

Ej. *or. de vſu ratiocinii mechanici in medicina* ib. 1703. 4.

Ej. *or. qua repurgatae medicinae facilis aſſeritur ſimplicitas* ib. 1709. 4.

Ej. *or. de commendando ſtudio Hippocratico* ib. 1721. 4.

Ej. *or. honor medici ſeruitus* ib. 1731. 4.

Ej. *methodus diſcendi medicinam* Amſt.1726. 8. (praelectiones inſcio et inuito Boerhaavio editae)

Halleri ampliſſimos in eundem commentarios infra dicemus.

b) phyſiologica.

Ej. *inſtitutiones medicae* LB. 1707. 8. et al. ed. genuina pleniſſima ib. 1727. 8.

Ej. in easdem *praelectiones* poſthumum edidit Hallerus Goetting. inde ab a. 1739. VII Vol. 8.

Ej. *diſſ. de diſtinctione mentis a corpore* LB. 1690. 7.

Ej.

Ej. *epiſtola ad* Ruyſchium *de fabrica glandularum in corpore humano* c. huj. reſponſ. LB. 1722. 4. (cf. ſupra p. 263.)

c) pathologica et therapeutica.

Inſtitutiones diximus.

Ej. *diſſ. inaugur. de vtilitate explorandorum excrementorum in aegris, vt ſignorum* Hardervic. 1693. 4.

Ej. *de morbis neruorum praelectiones* (poſthumae) ex ed. Jac. van Eems Amſt. 1761. II Vol. 8.

Ej. *praelectiones de morbis oculorum* (poſthumae) ex ed. Halleri ed. 2. Goett. 1750. 8.

Ej. *hiſtoria morbi atrocis* Waſſenarii LB. 1724. 8.

Ej. *hiſtoria altera morbi atrocis* S. Albani ib. 1728. 8.

Ej. *tract. de lue aphrodiſiaca* (praemiſſus aphrodiſiaco Luiſini)

Ej. *Conſultationes medicae* (poſthumae) ex ed. Halleri Goett. 1752. 8.

Ej. *epiſtolae ad* Baſſandum (poſthumae) Vindob. 1778. 8.

Ej.

Ej. *aphoriſmi de cognoſcendis et curandis morbis* LB. 1708. et al.

ed. pleniſſima ab ipſo auctore curata ib. 1737. 8.

Ej. *materia medica et remediorum formulae quae ſeruiunt aphoriſmis* LB. 1721. 8. ib. 1727. 8. et al.

Ej. *tract. de viribus medicamentorum* ibid. 1723. et al. (praelectiones inſcio auctore editae)

d) chemica

Ej. *oratio de chemia errores ſuos repurgante* LB. 1718. 4.

Ej. *elementa chemiae* LB. 1732. II Vol. 4.

haec prima editio genuina immortalis operis, priores ſpuriae, mutilae.

Ej. *de mercurio experimenta* extant in Philoſ. Tranſact. a. 1734.

ſeorſim recuſae Ultraj. 1735. 8.

e) botanica

Ej. *index ſtirpium horti* LB. 1710. 8.

Ej. *index alter* ib. 1720. 4.

A ſpuria plantarum hiſtoria, cui vt tot aliis ſuppoſititiis partubus, Boerhaavii nomen malitioſe praefixerunt, probe diſtinguendi.

Impenſe praeterea de re medica et litteraria meruit Boerhaavius, aliorum ſcripta, aut anecdota aut ſaltim rarius obuia, edendo, ad ea praefando etc. qualia toties iam citauimus ad Aretaeum, Veſalium, aphrodiſiacum Luiſini, Alpinum, Piſones, Drelincourtium, Bellinum, biblia Swammerdamii, etc. etc.

Vitam propriam ſuccincte et candide ſcriptam ipſe reliquerat Boerhaavius.

Extat ea ad calcem W. Burtonis vitae Boerhaavii, anglice editae Lond. 1746. 8.

it. in Schultenſii *oratione in memoriam* Boerhaavii LB. 1738. 8.

Cfr. quoque eiusdem elogium in Actis academiae Pariſinae.

it. (Matyi) *Eſſay ſur le caractere du grand Medecin.* Colon. 1747. 8.

Maxime vero Equit. de Jaucourt vita Boerhaavii in Diction. encyclop. Ebrodunenſi Vol. V.

et in eandem Spicilegia Halleri, in eiusdem Lexici Supplem. Vol. II.

Iungatur auunculo, eius ex ſorore nepos Abrah. Kaau-Boerhaave Haganus .†. 1753. aet. 38.

Archiater

Archiater Ruſſicus.

Claſſicis praeſertim binis libris vniuerſam phyſiologiam et pathologiam ditauit. viz.

Ej. *perſpiratio dicta Hippocrati* LB. 1738. 8.

Ej. *impetum faciens dictum Hippocrati* ibid. 1745. 8.

Extat praeterea

Ej. *hiſtoria anatomica infantis monſtroſi* Petrop. 1754. 4.

et *hiſtoria altera* ſimilis infantis ib. 1757. 4.

tum plures Ej. diſſertationes *nouis Commentariis Petropolitanis* inſertae.

Elogium viri v. in iisdem *nov. Comment.* Vol. IV.

§. 419.

Frid. Hofmann, Frid. fil. Halenſis †. 1742. aet. 83.

Prof. Hallenſis.

Aequus mechanicae ſectae aſſecla, non vno nomine de re medica longe meritiſſimus.

Primus maxime thermarum et aquarum quae minerales audiunt, vires medicatas curatius indagauit et commendauit, in vniuerſum reſtaurator quaſi medicinae diaeteticae extitit;

et ex primis quoque obſeruationes meteorologicas in vſum medicum vertit.

Nomen eius ferunt pharmaca quaedam vtilia, elixir viſcerale, liquor anodynus etc.

Ej. *medicina rationalis et ſyſtematica* Hal. 1718 ſq. IX Vol. 4.

Singulas eius partes in compendium redegit Andr. El. Büchner v. c.

Fundamenta phyſiologiae Hal. 1746. 8.

—— *pathologiae generalis* ib. eod. 8.

—— —— *ſpecialis* ib. 1747. 8.

—— *therapiae generalis* ib. eod. 8.

Aliud eiusdem voluminoſi operis compendium *anglico* idiomate conſcripſit Guil. Lewis, cuius nupera editio prodiit curante v. cl. Andr. Duncan Edinb. 1783. II Vol. 8.

Ej. Hofmanni *de differentia inter eius doctrinam phyſico-medicam et* Stahlii *medico-organicam* Frf. 1746. 8. (opus praeſtantiſſimum, poſthumum edidit Cohauſen.)

Ej. *obſeruationum phyſico-chymicarum* T. III. Hal. 1722. 2.

Ej. minora ſcripta diaetetica, iunctim edita *germ.* Hal. IX Vol. 8.

Ej.

Ej. *medicina conſultatoria* Hal. inde ab a. 1721. XII Vol. 4.

Ej. *conſultationum et reſponſorum medicinalium Centuriae* ib. 1734. II Vol. 4.

Inter innumeras Ej. diſſertationes academicas eminent praeter alias

de anatomes in praxi medica vſu 1707.

de duodeno ſede multorum morborum 1708.

de metallurgia morbifera 1695. 4.

de vapore carbonum foſſilium *innoxio* 1695. 4. et tot aliae.

Memorabile quoque eſt Ej. *Bedenken von dem tödlichen Dampfe der* Holz-*Kohlen* Hal. 1716. 8. et al. (occaſione mortis magiae ſtudioſorum Jenae feriis natalitiis a. 1715 in domuncula vinetaria prunarum vapore ſuffocatorum. cfr. *wahre Eröffnung der Jenaiſchen Chriſtnachts-Tragödie auf Landes-fürſtl. Special-Befehl publiciret* Jen. 1716. 4.)

Opera Hofmanni, Genev. 1740 – 53. IX Vol. fol.

Vitam viri v. in fronte operum.
it. in Bruckeri *pinacotheca* Dec. I.

§. 420.

Georg. Ern. Stahl Onoldinus †. 1734. aet. 75.

Prof. Hallenſis, aemulus Hofmanni, tum archiater Boruſſorum regis.

Acerrimi ingenii vir, ſed non absque mixtura praeiudiciorum et paradoxorum, obſcuriore quoque vſus ſtylo, qui obfuit, quo minus egregia eius, et ex intimioribus naturae penetralibus hauſta, de animae autocratia, de tonico motu, eiusque ſiue ad ſpaſmos ſiue ad congeſtiones ciendas potentia, de phlogiſto corporum elemento, et quae ſunt id genus alia obſeruata, iam pridem, vt nunc fit, pro dignitate recepta et in vſus verterentur.

Ej. *theoria medica vera, phyſiologiam et pathologiam ſiſtens* Hal. 1708. 4.

ed. 2. curante Jo. Junker ib. 1737. 4.

Ej. *Excuſatio reſpondens examini pulſuum celeris et frequentis* ſ. l. et a. 4.

Ej. *Zymotechnia fundamentalis* ib. 1697. 8.

it. c. aliis ſ. t. *Opuſculum chymico-phyſico-medicum* ib. 1715. 4.

Ej.

Ej. *experimenta et obſeruationes* 300 *chemicae et phyſicae* ed. 2. Berol. 1731. 8.

Ej. *Materia medica* Dresd. 1728. 8.

Numeroſae eius *Diſſertationes medicae* iunctim prodierunt Hal. 1707–12. II Vol. 4.

Ad praeſtantiores pertinent:

de mechaniſmo motus progreſſiui ſanguinis ib. 1695.

de aeſtu maris microcoſmici ſ. fluxu et refluxu ſanguinis 1696.

de vena portae porta malorum 1698.

empeiria rationalis medica 1704.

de fiſtula lacrymali 1707.

Jo. Christoph. Götze *de ſcriptis* Stahlii *eiusque aſſeclarum* Norimb. 1729. 4. c. ſuppl.

§. 421.

Subiungamus ſtatim iſtis triumuiris principes quosdam eorum diſcipulos. Et quidem inter Boerhaavianos praeter alios infra memorandos eminuerunt Gaubius et Gorterus.

Hieron. Dav. Gavbivs Heidelbergenſis † 1780. aet. 75.

Prof. Leydenſis.

Ej. *inſtitutiones pathologiae medicinalis* LB. 1758. 8.

ed. pleniſſima poſthuma ex ed. Hahnii ib. 1781. 8.

germ. ex verſ. cl. Gruneri Berol. 1784. 8.

Ej. *methodus concinnandi formulas medicamentorum* LB. 1739. 8. et al.

Ej. *aduerſaria varii argumenti* ib. 1771. 4. et al.

Ej. *orationes* II. *de regimine mentis quod medicorum eſt* ib. 1747–63. 4.

Eundem Swammerdamii biblia Latio donaſſe ſupra memorauimus.

Elogium viri v. in *Hiſt. de la Societé de Médecine* T. III.

§. 422.

Jo. DE GORTER Enkhuſanus † 1762. aet. 74. Prof. Hardervicenſis; aliquamdiu archiater Ruſſicus.

Ej. *de perſpiratione inſenſibili* LB. 1725. 4. auctius ib. 1736. 4.

Ej. *medicinae compendium* ib. 1731. II Vol. 4.

Ej. *Syſtema praxis medicae* Harderv. 1750. II Vol. 8.

Ej.

Ej. *methodus dirigendi ſtudium medicum* ib. 1753. 4.

Ej. *medicinam Hippocraticam* ſupra citauimus (p. 27)

Vitam ej. v. in *Nov. A. N. C.* Vol. III.

Filius eius Davides †. 1783.

Itidem aliquamdiu archiatri Ruſſici munere functus.

Ej. *Flora Gelrozutphania* Harderv. 1745. 8.

—— *Ingrica* Petrop. 1761. 8.

—— *Belgica* Ultraj. 1767. 8.

§. 423.

Ex Hofmanni aſſeclis inprimis memorandi veniunt Schulzius et Büchnerus.

Jo. Henr. Schvlze Colbitza-Magdeburgenſis †. 1745. aet. 58.

Prof. Altorfinus, tum Hallenſis.

Vir egregius, humaniorum quoque litterarum et rei numariae peritiſſimus.

Ej. *hiſtoria medicinae* (vsque ad a. V.C. 535) Lipſ. 1728. 4.

Ej. *compendium hiſtoriae medicinae* (vsque ad Hadriani exceſſum) Hal. 1741. 8.

Ej. *praelectiones in Diſpenſatorium Brandenburgicum* ed. 2. Berol. 1753. 8.

In diſſertationibus eius numeroſis plures inueniuntur maxime memorabiles v. c.

An vmbilici deligatio in nuper natis abſolute neceſſaria? Hal. 1733. (poſt Fantonum primus negabat)

recuſ. in Halleri collect. anat. T. IV.

de liene canibus exciſo 1735.

de mechanico naturae artificio in vulneribus perſanandis eod.

de lithiaſi ſiniſtro quam dextro reni magis infeſta 1738.

Plurimae ad materiam medicam ſpectant vc.

de elaterio Altorf. 1722. et ſ. p.

Cf. Bruckeri *pinacotheca* Dec. IV.

§. 424.

Andr. El. Büchner Erfurtenſis †. 1769. aet. 69.

Prof. in acad. patria, tum in Hallenſi.

Miſcellanea eius *phyſico-medica* ſupra citavimus (p. 313.)

vt et hiſtoriam academiae N. C. cui Praeſes erat (p. 241.)

et

et compendia medicinae rationalis Hofmanni (p. 340.)

Ej. *Abhandlung von einer leichten Art taube hörend zu machen, ſamt andern medic. Abhandl.* Hal. 1759 ſq. II Vol. 8.

Innumerae quoque eius extant diſſertationes v. c. *de viribus tabaci* 1746.
de glaſto 1756. etc. etc.

Vitam v. in *Nov. A. N. C.*
vt et in Bruckeri *pinacotheca* Dec. II.

§. 425.

Stahlius ipſe ad praeclariſſimos ſui diſcipulos referebat Jo. Junkerum et Jo. Sam. Carl.

Jo. JVNKER Lehndorfio - Gieſſenſis †. 1759 aet. 80.

Prof. Hallenſis.

Conſpectuum titulo in pleraſque medicinae partes compendia edidit. v. c.

Conſpectum phyſiologiae Hal. 1735. 4.
—— *therapiae generalis* ib. 1727. 4.
—— *chemiae* ib. 1730. II vol. 4.
gall. Pariſ. 1757. VI vol. 12.

Ingens

Ingens praeterea eiusdem extat diſſertationum farrago.

§. 426.

Jo. Sam. Carl Oehringa - Francus. †. 1757. aet. 83.

Archiater Danicus.

vt plures Stahliani myſtici quid et theoſophici ſpirat.

Ej. *Lapis Lydius oſſium foſſilium.* Frf. 1704. 8.

Ej. *Synopſis medicinae Stahlianae.* Büding. 1724. 8.

Ej. *Hiſtoria medica pathologico - therapeutica.* Hafn. ſ. a. II vol. 8.

De vita propria diſſeruit in libro cui tit. *Einleitung in die Naturordnung.* Hal. 1747. 8.

§. 427.

Iam ad exteros transeamus. Inter Anglos huius periodi maxime praefulget

